

instanti (prout exigit Ecclesia); certum etiam est, juxta Angelici doctrinam, hujusmodi cultum bene posse esse causam martyrii. Ergo, si licitum et meritorium est cuique vitam prodere, ne ab exhibitione hujus cultus desistat; tanto magis ei licitum et meritorium erit mortem subire pro tuendo hujus cultus objecto, nempe pro B. Virginis a labe originali praeservatione, ad quam ipse cultus refertur. — Hinc summus Pontifex Benedictus XIV in suo praefato opere *De Canonizatione Sanctorum*¹ postquam ostendit, Ecclesiam esse propensam versus sententiam

praeservationis B. Virginis immaculatae, dixitque neminem negare eam esse magis piam et religiosam^{b)}, sic ait: *Inter martyres ab Ecclesia recenseri, qui occisi fuerunt a tyranno, vel quia sententiam magis piam et religiosam sequebantur, vel quia omittere nolebant alicujus actum virtutis, a quo tamen poterant sine peccato cessare.*

Et sic jam satisfactum est objectioni Lamindi, nimirum, quod non liceat vitam profundere pro tuenda praeservatione Deiparae, eo quod talis sententia non sit de fide.

ARTICULUS IV.

QUOMODO INTELLIGENDA EXCOMMUNICATIO PERCUSSORIS CLERICORUM.

264. *Verba canonis.* — 265. *Quid intelligatur 1. per verba:* Si quis. *An impuberes, et a quo ipsi possint absolvi.* — 266. *Quomodo comprehendantur etiam mandantes, consulentes, etc.* — 267. *Quomodo rati habentes.* — 268. *Quomodo non impediens.* — 269. *An, qui tenentur impedire tantum ex charitate.* — 270. *Quid intelligatur 2. per Clericum.* — 271. *Quid 3. per Monachum. An eremita.* — 272. *Quid 4. per verba:* Manus injecerit. — 273. *An requiratur ut percussio sit cum peccato mortali et externe gravi.* — 274. *Incurrit: 1. Clericum conspuens, vel aliter gravi injuria afficiens.* — 2. *Violenter detinens, etc.* — 3. *Persequens eum, ut decidat.* — 4. *Apprehendens equum, etc.* — 5. *Haec agens, etiam clerico consentiente.* — 6. *Clericus seipsum percutiens; sed alii id negant.* — 7. *Judex laicus percutiens clericum, vel ecclesiasticus percutiens per laicum.* — 275. *Non incurrit: 1. Fur, clam furans.* — 2. *Percutiens jocosus, vel casu. An pueri clerici, se percutientes. Et an defendentes se vel suos, aut sua.* — 3. *Si absit mortale.* — 4. *Percutiens clericum per ignorantiam aut inadvertentiam, aut per iram subitanam.* *Dub. 1. Quid, si quis percutit, ignorans alterum esse clericum, animo tamen comparatus quod percuteret, etiamsi sciret.* *Dub. 2. An excuset ignorantia crassa.* *Dub. 3. Quid, si quis percutit Petrum clericum, credens Paulum clericum.* — 5. *Excusatur etiam praelatus, aut praeceptor percutiens.* *An pater.* — 6. *Percutiens clericum exercentem officium cautionis, etc.; vel turpiter agentem, aut sollicitantem uxorem aut consanguineam in primo gradu. Quando excusetur puella, percutiens clericum sollicitantem.* — 276. *Quando episcopus possit absolvere ab hac excommunicatione.* — 277. *Quae percussio dicatur levis, quae gravis et quae enormis.* — 278. *Quot modis percussio levis possit fieri gravis.* — 279. *Quinam possint absolvere a percussione levi, et quinam a gravi.* — 280. *Dub. 1. An in dubio, percussio judicanda sit levis aut gravis.* *Dub. 2. An incurrat excommunicationem, qui venenum dat clerico.*

Verba canonis.

264. — « Resp. I^o. Ea sic habet: *Si quis, « suadente diabolo... in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subiaceat, et nullus episcoporum illum praesumat absolvere ».* — [Nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui praesentetur, et ejus

¹ Lib. 3, cap. 19, n. 13.

^{b)} Non dicit neminem negare, sed ipse pronuntiat eam sententiam esse magis piam et religiosam.

mandatum suscipiat. Ita ex can. *Si quis,* caus. 17, qu. 4] ^{a)}.

265. — « Dicitur I^o. *Si quis.* Intellige, « cujuscumque sexus aut status; etiam « impubes, dummodo rationis compos, et « doli capax ». [Ut habetur ex cap. *Mulieres* 6 et cap. *Pueris, de sent. excomm.*

264. — ^{a)} Vide const. *Apostolicae Sedis, excommun. R. Pontifici simpliciter reserv., excomm. II.*

Quid intelligatur per verba: Si quis.

Quamvis impuberes possint absolute absolvi ab episcopis, etsi post pubertatem absolutionem petant. Salmant.¹, ex dicto cap. *Pueris*. Et etiamsi percussio fuerit enormis; ut dicunt Palaus² et Bonacina³ cum Suarez^{a)}, Molina, Filliuccio^{a)}, Sayro^{a)} et Reginaldo, ex cap. *fin. de sent. excomm.*]

Quomodo comprehendantur mandantes, etc.

266. — « Extenditur autem ad efficaciter. Quia, ut hi incurrant excommunicationem, requiritur ut percussio de facto eveniat, utque ipsi per mandatum, consilium aut consensum graviter in illam influant. Ita communiter Navarrus⁴, Suarez⁵, Salmant.⁶; et Bonacina⁷ cum Sayro, Avila, Molina, Silvestro, Filliuccio, etc., ex cap. *Quantae* et cap. *Mulieres, de sent. excomm.*]

Recte dicit Busenbaum: *efficaciter*. Quia, ut hi incurrant excommunicationem, requiritur ut percussio de facto eveniat, utque ipsi per mandatum, consilium aut consensum graviter in illam influant. Ita communiter Navarrus⁴, Suarez⁵, Salmant.⁶; et Bonacina⁷ cum Sayro, Avila, Molina, Silvestro, Filliuccio, etc., ex cap. *Quantae* et cap. *Mulieres, de sent. excomm.*]

An autem incurrat censura, in dubio an mandatum vel consilium influxerit, vel si mandatum aut consilium fuerit revocatum ante executionem? Vide de his dicta n. 39 et 40.

Notandum autem hic, quod si quis diceret coram suis: *Cupio vindictam talis clerici*, bene incurret excommunicationem, si ex hoc dicto alii clericum inde percutiant. Ita Croix⁸, Renzi⁹ cum Diana et

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 67. — ² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 6. — ³ Disp. 2, de Excomm. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 12. — *Molina*, de Just., tr. 3, disp. 59, n. 2. — *Regin.*, lib. 1, n. 247, v. *Quintus*. — ⁴ Man., cap. 27, n. 50 et 51. — ⁵ De Censur., disp. 22, sect. 1, n. 55; cfr. disp. 4, sect. 3, num. 4. — ⁶ Tr. 10, cap. 4, num. 22. — ⁷ Disp. 2, de Excomm. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 2, num. 1. — *Sayrus*, lib. 3, cap. 26, num. 22. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 6; cfr. dub. 3, concl. 4 et dub. 4. — *Molina*, de Just., tr. 3, disp. 52, n. 2 et 9. — *Silvest.*, v. *Excomm. VI*,

Avila; ac Salmant.¹⁰ cum Coninck, Silvestro, etc.: argumento cap. *ult. de homicid.*, in 6^o. Intellige, si praevidet ex eo alios percussuros.

267. — Extenditur etiam ad « rati habentes » [percussionem] « suo nomine « factam ».

Quomodo comprehendantur rati habentes.

Certum est, quod rati habitio sufficit ad incurrendam censuram; ut habetur ex cap. *Cum quis, de sent. excomm.*, in 6^o. Sed ad hoc requiritur 1^o. Ut percussio sit facta nomine tuo, vel in tui gratiam. 2^o. Ut rati habitio externe significet. 3^o. Ut quando evenierit percussio, fueris habilis ad mandatum vel consilium percussiois, saltem habitualiter. Nam si fueris amens, non incurris; secus, si ebrius aut dormiens. Ita communiter Bonacina¹¹, Palaus¹², Conacina¹³, Croix¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Suarez^{a)}, Sayro^{a)}, etc.

268. — Item « non impediens: saltem « si ex officio aut justitia teneantur, ut « reges, judices, et caeteri superiores. « Item patres, tutores, heri, paedagogi, « parochi, etc., quibus aliorum cura de « mandata est. — Ita Laymann¹⁶, Bonacina¹⁷ ex Molina^{a)}, etc. communiter ».

Quomodo non impediens.

269. — « Dixi: *saltem*, etc. Quia, si ex « charitate tantum teneantur, etiam ex « communicari docent^{a)} Suarez, Cajeta-

n. 5, v. *Tertio*. — *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 28 et 30. — ⁸ Lib. 7, n. 308. — ⁹ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 1, qu. 4. — *Diana*, part. 9, tr. 4, resol. 14. — *Avila*, loc. cit., dub. 10, concl. 3. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 4, num. 22. — *Coninck*, disp. 14, dub. 15, n. 172. — *Silvest.*, v. *Excomm. VI*, n. 5, v. *Quarto*. — ¹¹ Loc. cit., n. 11. — ¹² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 2, n. 14. — ¹³ De Censur., diss. 2, cap. 2, § 1, a. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 306. — ¹⁵ Loc. cit., n. 25. — ¹⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, num. 6. — ¹⁷ Disp. 2, de Excomm. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 2, n. 8 et 9. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 56.

265. — ^{a)} Auctores non videntur a Bonacina citari pro ista ampliatione. At re tamen vera Suarez, *de Censur.*, disp. 22, sect. 1, n. 63 et 69, absolute et sine ulla distinctione levis aut enormis percussiois, negat impuberes teneri Romam adire. Filliuccius clarius rem indicat; nam, *tr. 15, cap. 1, n. 34*, absolute scribit episcopum posse absolvere a levi percussione: « ideoque reservatio in hoc canone intelligenda est de mediocri et enormi ».

His vero dictis, addit, *n. 36 et 39*, absolutio nem quoad impuberes non reservari. Sayrus pariter, *lib. 3, cap. 28, n. 20*, comprehendit impuberes inter personas de quibus, *num. 9*, scripserat: « A mediocri, imo etiam in aliquibus ab enormi etiam percussioe clerici ci-

tra Sedem Apostolicam ab episcopo absolvi possunt ».

267. — ^{a)} Suarez, *disp. 22, sect. 1, n. 55*, primam conditionem habet: Sayrus vero, *lib. 3, cap. 26, num. 25*, primam et tertiam.

268. — ^{a)} Molina, *tr. 3, disp. 33, membr. 5, n. 5*, de casu simili loquitur; nempe de illo qui non impedit homicidium, cum possit. Et, si ex officio vel justitia ad impediendum teneatur, eum dicit incurrere poenas hujus delicti.

269. — ^{a)} Suarez, Cajetanus, Filliuccius et Sayrus docent utique excommunicari si, non obviando, mortaliter peccat; seu, ut aiunt Cajetanus et Sayrus, cum ex intentione non

« nus, Filliuccius, Medina, Sayrus, etc. — « Verum id probabilius negat Bonacina ¹ « ex Navarro ^{b)}, Coninck, Reginaldo ^{a)}, « Henriquez, Molina, etc. ».

Et ita verius tenent Navarrus ^{b)}, Bonacina ², Laymann ³; et Palaus ⁴ cum Molina et Henriquez; ac Salmant. ⁵ cum S. Antonino ^{c)}, Palaus, Coninck, Bonacina, Avila. — Ratio, quia hi tantum percussioni censentur favere (ut loquitur cap. *Quantae, de sent. excom.*) qui ex iustitia tenentur impedire; non autem qui solum cum charitate, etsi ex odio non impediunt, cum ad incurrendam censuram etiam actus exterior requiratur, juxta dicta n. 34.

270. — « Dicitur 2^o. Clericum. Quo nomine intelligitur omnis prima saltem « tonsura initiatus (etiamsi conjugatus, « dummodo cum unica virgine), et defec- « rat habitum, serviatque alicui ecclesiae; « item etiam excommunicatus, suspensus, « interdictus ^{a)}, degradatus verbaliter tan- « tum ». [Ita communiter etiam Salmant. ⁶⁾.

Non incurrit vero, qui percutit clericum bigamum ex reali bigamia; secus autem si ex similitudinaria, nempe, qui in sacris constitutus, matrimonium contraxerit et consummaverit. Neque incurrit percussor clerici, qui habitum depo-

nens saecularibus negotiis se ingesserit, nec post tertiam monitionem sui praelati resipuerit. Salmant. ⁷ communiter. — Vide hoc et alia, *Lib. VI, n. 827*.

271. — « Dicitur 3^o. Monachum. Intellige, « quemvis religiosum, etiam laicum, com- « versum, novitium, utriusque sexus. Item « tertiarias S. Dominici, S. Francisci, si « gestent habitum et vivant in commu- « nitate. Item eremitas subjectos alicui « regulae vel superiori ».

Unde gaudent privilegio canonis, omnes viventes in communi sub aliquo praelato, ex expressa vel tacita Papae auctoritate; quamvis in eorum communitate non fiat professio. Ita Navarrus ⁸, Suarez ⁹; et Bonacina ¹⁰ cum Coninck ^{a)}, Molina, Filliuccio, Reginaldo ^{a)}, Avila, Grassis ^{b)}, etc. — Idem dicit Fagnanus ¹¹ de mulieribus conviventibus in conservatoriis, quamvis religio non sit adhuc approbata; quia, cum religiose vivant, censentur personae ecclesiasticae. — Et idem ait Renzi ¹² de seminaristis, et pueris collegiorum, ut sunt Neapoli pueri S. Mariae Lauretanae, S. Onuphrii ^{c)}, etc.

Eodem privilegio gaudent eremitae, qui ex voto aut pacto addicuntur alicui loco sacro, cum subiectione ad episcopum; ut docent Suarez ¹³, Fagnanus ¹⁴,

*Palaus, loc. cit. - Coninck, loc. cit. - Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 4, punct. 1, § 2, n. 7. - Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 8, — ⁶ Loc. cit., n. 21. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Man., cap. 27, n. 79. — ⁹ Disp. 22, sect. 1, n. 20. — ¹⁰ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 3, num. 10 et 11. - *Molina, tr. 8, disp. 50, n. 4. - Fill., loc. cit., num. 14. - Avila, loc. cit., dub. 11, concl. 4. — ¹¹ In cap. Nullus, de foro comp., n. 59. — ¹² De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 2, qu. 11. — ¹³ Loc. cit., n. 22. — ¹⁴ Loc. cit., n. 61 et 62.**

vult obviare. Et huic sententiae sic explicatae adhaeret Reginaldus, *lib. 1, num. 221*, qui pro secunda sententia allegatur a Bonacina.

^{b)} Navarrus *Man., cap. 27, n. 78*, in edit. Roman. 1590, dicit incurrit in hanc excommunicationem eos « qui ex officio possunt et tenentur propulsare percussorem et non propulsant... Imo quoad forum exterius, quilibet alius qui videt facinus esse manifestum et se posse commode obviare et non obviat ». At in edit. Veneta 1573 dicit: « Immo etiam quicumque alii qui clare cognoscunt, sine periculo et damno suo posse impedire et omittunt impedire, quoniam gaudent eo ipso; quamvis non videtur sufficere simplex omisio absque ea intentione, saltem quoad forum interius ».

^{c)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 28, cap. 2, § 2*, citatus a Salmant., de casu simili et quidem sub distinctione loquitur. At, *tit. 24, cap. 1, § Nota circa*, de casu praesenti tractat et ultimo loco ponit opinionem quae dicit hunc incurrit dummodo dolose omittat impedire, alias negat incurrit.

270. — ^{a)} Salmant. non loquuntur de suspensio, excommunicato, interdicto; quoad cetera concordant.

271. — ^{a)} Coninck, *disp. 14, dub. 15, n. 164*; Reginaldus, *lib. 1, n. 214*, non requirunt ut in communi vivant.

^{b)} Carolus de Grassis, *de Effect., clericat. 1, n. 96, 106 et seqq.*, loquitur de privilegio fori.

^{c)} Renzi dicit « senes S. Onuphrii ».

Contin. Tournely ¹, Roncaglia ² et Bonacina ³. — Idem dicit Palaus ⁴ de eremitis, qui sub aliqua regula et obedientia vivunt, edito obedientiae aut paupertatis voto. — Communiter vero docent praefati auctores, minime gaudere eremitas vagos, qui habitum singularem gestant, licet inserviant alicui ecclesiae, etiam ex commissione episcopi; ut Fagnanus ⁵⁾, ex decisione Rotae Romanae.

272. — « Dicitur 4^o. Manus injecerit: « per quod intelligitur quaevis contumeliosa actio exterior mortalis, circa clericum personam vel res ei adhaerentes, « sive fiat manu, sive baculo, gladio, etc. « — Bonacina ⁶⁾ ».

273. — Ad incurrendam igitur hanc excommunicationem, requiritur ut percussio sit mortaliter peccaminosa, et etiam externe gravis; ut docent Bonacina ⁶⁾; ac Cajetanus, Molina ^{a)}, Pignatelli, etc. apud Croix ⁷. — Quare non incurrit, qui tantum signum facit percussio, et non percutit; ut Salmant. ⁸, Concina ⁹, Contin. Tournely ¹⁰ et alii passim. — Sed hic recte notant Palaus ¹¹, Suarez ¹²; Croix ¹³ cum Sperelli; et Bonacina ¹⁴ cum Coninck ^{b)}, Filliuccio et Reginaldo, quod semper ac percussio existimetur graviter injuriosa, ratione reverentiae clerico debita, sufficere ad censuram quaevis per-

cussio levis, etiamsi levissimus tactus physicus intercedat.

Advertendum cum communi doctorum (ut notat Croix ¹⁵), quod hic canon, prout in favorem clericorum emanatus, non stricto, sed latissime ^{c)} intelligendus est.

« Ex dictis resolvuntur sequentes causas: »

274. — « 1^o. Hanc excommunicationem « incurrit: »

« 1^o Qui talem conspuat, conspergit « aqua, pulvere, conspurcat luto, evellit « crinem, lacerat vestem, eripit aliquid per « vim et injuriam de ejus corpore, v. gr. « pileum, pallium, etc.; ita ut actio sit « graviter injuriosa. — Bonacina ¹⁶, Lay- « mann ¹⁷.

« 2^o Qui concludit aut violenter detinet « carcere, vel loco, unde sine de decore non « potest exire. — Bonacina ¹⁸, Laymann ¹⁹.

« 3^o Qui persequitur, ut in flumen vel « fossam incidat, equo decidat, etc. — « Bonacina ²⁰, Laymann ²¹.

An autem incurrat is, qui clericum insequens, praeter intentionem et praevisionem est causa ut ille cadat? — Negat Bonacina ²² cum Silvestro; et Renzi ²³; et merito probabilem putat Croix ²⁴: quia tunc casus mere per accidens se habet. — Sed non minus probabiliter affirmat idem Croix ^{a)} cum Sperelli. Hinc dicit

n. 301. — *Sperelli, Decis. 45, n. 36. — ¹⁴ Disp. 2 de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, num. 4. - *Fill., tract. 15, n. 18. - *Regin., lib. 1, n. 206. — ¹⁵ Lib. 7, num. 301. — ¹⁶ Disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1, n. 4 et 5. — ¹⁷ Lib. 1, tr. 5, part. 2; cap. 5, n. 5. — ¹⁸ Loc. cit., n. 4. — ¹⁹ Loc. cit. — ²⁰ Loc. cit., n. 5. — ²¹ Loc. cit. — ²² Loc. cit., num. 5. - *Silvest., v. Excommunicatio VI, num. 5, versic. Septimo. — ²³ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 6. — ²⁴ Loc. cit., num. 308. — *Sperelli, decis. 20, num. 12.*****

^{a)} Fagnanus, *loc. cit., n. 59*, negat simpliciter eremitas vagos vel profugos, nulli regulae aut superiori subjectos, gaudere hoc privilegio. Pariter, *n. 63*, negat gaudere « privilegio clericali » eremitas « qui non sunt deputati ecclesiae servitio auctoritate alicujus praelati ecclesiastici, sed voluntarie suscipiunt et ad sui libitum deserunt habitum eremiticum ». Denique adducit Rotam pro alia propositione.

273. — ^{a)} Molina non recte citatur a Croix; quamvis enim, *tr. 3, disp. 51, n. 6*, dicat hanc sententiam probabilitate non carere, certe ipsa oppositam tenet: « Quando actus interior,

quo manus violenta injicitur, est culpa lethalis, incurri hanc excommunicationem, etsi exteriori actu modica ac levis violentia inferatur ».

^{b)} Coninck, haec dumtaxat scribit, *loc. cit., n. 168*: « Quando autem talis injectio sit peccatum mortale in ratione injuriae, prudenti judicio, spectatis circumstantiis actionis et personarum, decernendum est ».

^{c)} Croix dicit « late » intelligendum esse.

274. — ^{a)} Croix, *loc. cit.*, postquam dixit probabile esse quod non incurratur, addit: « Sperelli tamen... probabiliter dicit si clericus reipsa ex metu persequentis cadat, incurrere ».

Hic canon latissime interpretandus.

Incurrit excommunicationem 1. Afficiens clericum gravi injuria.

2. Violenter detinens.

3. Persequens ut decidat.

Quid intelligatur per clericum.

Quid intelligatur per monachum.

nisi sint vagi.

Quid intelligatur per verba: manus injecerit.

Requiritur percussio mortaliter peccaminosa et externe gravis.

Comprehenduntur eremitae.

cum eodem Sperelli, Fagnano^{b)}, etc. (et huic consentit ipse Bonacina¹⁾), non excusari ab excommunicatione explodentem sclopum in clericum, qui ob metum examinis caderet, licet globus eum non tangeret; quia tunc explodens est causa per se talis laesionis.

« 4^o Qui manus violentas injicit in « equum, cui is insidet, occidendo, vul-
nerando, caedendo, sistendo per frenum: « quae actio, licet sit levis respectu cor-
poris, non tamen respectu honoris. Bo-
nacina², Laymann³ ». — [Idque docent
communiter Suarez^{c)}, Palaus^{d)}, Bonacina
et alii citati n. 273; ac Salmant.⁴ cum
Laymann, Avila, etc.].

« 5^o Qui aliquid supradictorum facit,
« etiam clericus consentiente; dummodo
« sit injuriosum ordini clericali. Lay-
mann⁵ ». — [Ita communiter Suarez, Bo-
nacina, Coninck et alii cum Salmant.⁶;
ex can. *Nemo episcoporum, caus. 11,*
qu. 3 d) et cap. *Contingit, de sententia*
excom.]

Clericus autem consentiens, ex eodem
cap. *Contingit*, etiam subest excommuni-
cationi; sed haec est tantum ferendae sen-
tentiae (ut bene advertunt Bonacina et

Croix⁷⁾, dum in dicto textu dicitur: *Si
quis... clericus... sponte se subjecerit, ex-
communicetur.* — Hoc tamen intelligen-
dum, si talis percussio, non obstante con-
sensu clerici, non desineret esse injuriosa.
Nam secus esset, si consensus auferret
injuriam; puta, si clericus petat caedi ab
alio, ut luat sua peccata. Salmant.⁸ cum
Coninck.

« 6^o Clericus, si seipsum ex malitia
« vel passione (secus, si ex devotione) per-
cutiat injuriose. — Laymann⁹, ex Na-
« varro ».

Ita cum Busenbaum tenent Suarez¹⁰;
et Bonacina¹¹ cum Navarro, Coninck^{e)},
Sayro, Avila, etc. — Sed merito opposi-
tum putant probabile Palaus¹², Diana¹³;
et Croix¹⁴ cum Toletus^{f)}, Barbosa^{g)}, Tur-
riano^{h)}, Pasqualigoⁱ⁾, et Delbene; quia
revera canon videtur tantum loqui de al-
tero clericum laedente.

« 7^o Qui percutit clericum etiam me-
« ritum, si fiat vel per quem non debet, ut
« si morte dignus puniatur a iudice sae-
« culari; vel modo illicito, ut si a praelato
« puniatur per laicum^{h)}. — Bonacina¹⁵,
« ex Navarro, Sayro, Suarez, Filliuccio,
« Coninck, etc. Vide Laymann¹⁶ ».

¹ Disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1, n. 13. —
² Loc. cit., n. 5. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5. —
Bonac., loc. cit. — ⁴ Tr. 10, cap. 4, n. 26. — *Laym.*, loc.
cit. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, concl. 2. —
⁵ Loc. cit., n. 5. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, num. 58. —
Bonac., loc. cit., punct. 2, n. 5. — *Coninck*, disp. 14, n. 169. —
⁶ Loc. cit., n. 19. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 2, num. 6. —
⁷ Lib. 7, n. 305. — ⁸ Tr. 10, cap. 4, num. 20. — *Coninck*,
disp. 14, n. 169. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5. —
Navar., Man., cap. 27, n. 78. — ¹⁰ Disp. 22, sect. 1, n. 59.

^{b)} Fagnanus, quod reperire potuerim, id
non habet, quamvis a Croix citetur. Sed tan-
tum loquitur de casu praecedenti, in cap. Ad
audientiam, de homic., n. 67.

^{c)} Suarez, disp. 22, sect. 1, num. 29, hoc
dumtaxat exemplum affert: « Si apprehenso
fraeno equi, quis violenter detineat clericum
incedentem ». Et nota ceteros auctores citatos
non afferre omnia exempla hic relata, sed
alii aliud afferunt. Palaus, autem loc. cit.,
§ 2, n. 2, rem satis innuit dicens per injectio-
nem manuum intelligi in personam ipsius
clerici, « seu res illi adhaerentes »; itemque,
« si eum quomodocumque violenter detineas,
ne ex aliquo loco egrediar ».

^{d)} Canon *Nemo* a Salmant. allegatur pro
ea parte, qua asserunt satis esse ad excommu-
nicationem percussorem, quae, attentata per-

sona et circumstantiis, erit peccatum mortale.
Et sane canon citatus dicit: poena anathe-
matis « non nisi pro mortali debet imponi
crimine ».

^{e)} Coninck, disp. 14, num. 170, dicit de
eo qui se percutit « sine justa necessitate ».

^{f)} Toletus, lib. 1, cap. 34, n. 7, de sen-
tentia quae dicit incurrere, ait: « Cum sit
tam communis sententia, non videtur ab ea
recedendum ».

^{g)} Quin etiam Turrianus, de Censur., lib. 3,
disp. 29, dub. 3, v. *Dubitant item*, dicit « pro-
babilius » non incurrere; idemque videtur
sentire Barbosa in 2^a P. Decreti, caus. 17,
qu. 4, n. 38 et 39; et Pasqualigo, *Quaest.*
mor. canon., qu. 60, n. 4, expresse dicit ita
esse tenendum.

^{h)} Seclusa scilicet necessitate.

Non incur-
runt 1. Fur
clam fu-
rans.

2. Percu-
tiens jocose,

vel casu.

Pueri cle-
rici se per-
cutientes.

275. — « 2^o. Non incurrit:

« 1.^o Fur, qui clam abscindit crume-
« nam, vel vestem tollit clerico; quia non
« est actio violenta, sed fraudulenta ». —
[Secus, si violenter auferat; ut Laymann¹
cum Cajetano, Coninck, Suarez, Molina;
et Salmant.² cum Palao, Avila, etc., com-
muniter. Quia tunc actio, etsi non corpus
clerici, laedit tamen honorem].

« 2.^o Si percussio sit *jocosa* » [Quam-
vis sit gravis, et etiam cum aliqua ira ir-
rogetur, modo non pertingat ad peccatum
mortale; ut recte dicunt Palaus³, Bonacina⁴;
et Salmant.⁵ cum Avila^{a)} et Ta-
biena, ex cap. 1, de sent. excom., ubi di-
citur: *Nec clerici (excommunicantur), si
sunt plenae aetatis, et non odio (intel-
ligitur gravi) vel invidia, vel indigna-
tione, sed levitate jocosa se ad invicem
percutere contingat]* — « vel *casualis*,
« v. gr. si janitor, vel apparitor turbam
« arcens, percutiat clericum.

« Item, si pueri habentes primam tonsu-
« ram se pugnis percutiant. — Bonacina⁶
« ex Molina, Filliuccio, Coninck, etc. ».

Imo etiam in minoribus constituti^{b)}, et
quamvis sanguis a naribus effundatur; ut
Salmant.⁷, Palaus⁸ cum Laymann, Co-
ninck et Molina^{c)}; ac Bonacina^{d)} cum
Filliuccio et Avila. Quia regulariter per-
cussio puerorum non reputatur graviter
injuriosa.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5. — *Cajet.*, Sum.,
v. *Excom.*, cap. 10, v. *Nota 2.* — *Coninck*, disp. 14, n. 165
et 166. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 32. — *Molina*, tr. 3,
disp. 51, n. 2. — ² Tr. 10, cap. 4, num. 26. — *Palaus*, tr. 29,
disp. 3, punct. 23, § 2, n. 2. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3,
dub. 12, concl. 2. — ³ Loc. cit., § 3, n. 3. — ⁴ Disp. 2, de
Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 3. — ⁵ Loc. cit.,
n. 28. — *Tabiena*, v. *Excommunicatio V*, n. 4. — ⁶ Disp. 2,
de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1, n. 13. — *Molina*, tr. 3, disp. 51,
n. 8. — *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 26. — *Coninck*, disp. 14, n. 190.
— ⁷ Loc. cit., n. 28. — ⁸ Loc. cit., § 3, n. 2. — *Laym.*, loc.
cit., n. 8. — *Coninck*, loc. cit., num. 190. — *Fill.*, loc. cit. —
Avila, loc. cit., dub. 13, cas. 3. — ⁹ Loc. cit., num. 28. —
¹⁰ Loc. cit., num. 8, v. *Tertia*. — *Cajet.*, loc. cit., not. 6.

275. — ^{a)} Avila, loc. cit., dub. 13, cas. 2,
non dicit: modo non pertingat ad mortale.

^{b)} Fere omnes auctores citati loquuntur
tantum de pueris clericis.

^{c)} Molina, loc. cit., num. 8; Bonacina,
disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6,
sect. 1, § 1, num. 14, de emissionem sanguinis
non loquuntur.

^{d)} Sotus, quidquid dicant Salmant., haec
dumtaxat scribit, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2,

Idque admittit Sotus^{d)} apud Salmant.⁹,
etiamsi percussio fuerit gravis: hoc tam-
en intelligendum, si haec non fuerit in-
tenta.

« Item, si percussio sit ad defenden-
« dum se, vel vitam suam, vel uxoris, pa-
« rentum, filiorum, vel res suas: cum
« moderamine tamen inculpatae tutelae.
« Laymann¹⁰.

« 3.^o Et denique, quodcumque percus-
« sio, ob levitatem vel imperfectionem
« actus, non esset mortalis, illata laico
« ut docent Cajetanus, Avila et Sà. Quod
« tamen Suarez universaliter non admittit.
« Vide Bonacina¹¹.

« 4.^o Si fiat in tenebris, vel clericum
« non agnoscas quod habitum non gestet;
« quia ignorantia excusat ».

Sic etiam excusat ira subitanea, quae
efficiat ut non plene advertatur quod fit;
ut communiter Suarez¹², Bonacina¹³, Lay-
mann¹⁴, Palaus¹⁵ cum Coninck; et Sal-
mant.¹⁶

Sed hic dubitatur 1.^o *An incurrat ex-
communicationem, qui percutit aliquem,
ignorans esse clericum, sed animo com-
paratus, ut, si sciret, etiam percuteret?*

Affirmant Covarruvias, Ugolinus, etc.
apud Croix¹⁷. — Sed communius et pro-
babilius negant Sanchez¹⁸, Suarez¹⁹, Bo-
nacina²⁰ cum Vasquez, Molina et Filliuc-
cio; item Palaus et Navarrus^{e)} apud

v. *Quartus est.* — *Avila*, loc. cit., cas. 3. — *Sà*, v. *Excom.*
Papae reservatae, n. 2. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 27.
— ¹¹ Loc. cit., n. 13. — ¹² Loc. cit., n. 50. — ¹³ Disp. 2, de
Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 3. — ¹⁴ Loc.
cit., n. 8, v. *Alter*. — ¹⁵ Loc. cit., § 3, n. 3. — *Coninck*,
loc. cit., n. 190. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 4, n. 28. — *Covar.*, in
cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, num. 15 v. *Decimo*. —
Ugolin., de Censur., tab. 1, cap. 9, § 8, n. 8. — ¹⁷ Lib. 7,
n. 314. — ¹⁸ Decal., lib. 1, cap. 16, n. 13; cfr. de Matr.,
lib. 9, disp. 32, n. 26. — ¹⁹ Disp. 4, sect. 8, n. 8; cfr. disp. 22,
sect. 1, n. 52. — ²⁰ Disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 14
(loquens de Censur. i. g.). — *Vasq.*, de Excom., dub. 14,
a. n. 4. — *Molin.*, tr. 3, disp. 53, n. 2. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8,
n. 247. — *Palaus*, tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 3.

post concl. 4, cas. 1: « Licet [excom.] feratur
pro re notabili quae tamen in tali casu sit
parva, non incurritur: ut, quamvis percusso-
res clericorum sint excommunicati, et qui
sanguinem in ecclesia effuderit; nihilominus,
si corrixantes clerici pueri in ecclesia se
pugno percusserint mutuo, et sanguinem e
naribus emiserint, vel etiam ex capite in
parva copia, nulla innodantur censura ».

^{e)} Navarrus profecto citatur a Croix, sed

Item qui
defendunt
se, vel suos
aut sua.

3. Si absit
mortale.

4. Percu-
tiens per
ignorantiam,

aut per
iram subi-
taneam.

Probabi-
lius non ex-
communic-
atur igno-
rans esse
clericum.

4. Appre-
hendens e-
quum.

5. Haec a-
gens, etiam
clericus con-
sentiente.

6. Clericus
se ipsum
percutiens.

Sed mè-
rito id ali-
negant.

7. Judex
laicus per-
cutiens, aut
ecclesiasti-
cus percu-
tiens per
laicum.

Croix¹; quia in ignorantia concomitante adest tantum voluntas interpretativa, quae non est vera voluntas. — Secus vero dicendum, si percussus jam dubitaret an ille esset clericus; ut bene docet Bonacina² cum Avila. Et idem tenent Suarez³, Sanchez⁴, Croix⁵; ac Bonacina⁶ cum Filliuccio, Avila et aliis, si quis clericum percussit, ignorans esse clericum, sed intendens eum percutere, sive laicus ille sit, sive clericus.

Dubitatur 2^o. *An ab incurrenda excommunicatione percussio clericus excuset ignorantia crassa?*

Affirmant Silvester, Abbas, Felinus, etc. apud Sanchez⁶. Quia (ut ajunt) illud *suadente diabolo* importat dolum, qui non reperitur in ignorantia crassa. — Sed merito id reprobat Croix⁷; et Sanchez⁸ cum Covarruvias, Tabiena⁹ et aliis. Quia *tò suadente diabolo* tantum importat percussioem cum peccato gravi.

Dubitatur 3^o. *An incurrat, qui percussit Petrum clericum, reputans Paulum clericum?* — De hoc vide dicta *Lib. III, n. 628, v. Sed hic*, ubi sententiam affirmativam tenuimus.

« 5.º Si praelatus, praeceptor, pater, « subditum in minoribus constitutum, correctionis causa (licet ira accedat) percussit moderate, habita ratione culpae ».

Ita etiam Salmant.⁹ cum Bonacina, Avila, etc. — Et idem dicunt Salmant.¹⁰

¹ Lib. 7, n. 314. — ² Disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 18. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 6, concl. 4. — ³ Disp. 4, sect. 8, n. 10. — ⁴ Lib. 7, n. 314. — ⁵ Loc. cit., num. 21. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, n. 247. — *Avila*, loc. cit., concl. 4. — *Silvest.*, v. *Ignorantia*, n. 18 et v. *Excommunicatio VI*, n. 6, § *Secundo*. — *Abbas*, in cap. 7 de Constit., n. 6. — *Felin.*, in cap. *Si vero* 4, de sent. excom., n. 3. — ⁶ De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 41. — ⁷ Loc. cit., n. 314. — ⁸ Loc. cit., n. 41. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1,

de consanguineo qui percussit clericum, cujus curam habet, ex cap. *Cum voluntate* 54, § *Si quis, de sent. excom.*

« Immo praelatus et praeceptor ecclesiae siasticus potest etiam in majoribus constitutum castigare^{h)} ».

Intellige semper, moderate. Nam Sacra Congregatio declaravit excommunicatum quemdam parochum, qui clericum suum discipulum, correctionis causa, in capite pluries percusserat, et deinde pugniss et baculo verberavit; ut refert Pater Zaccaria¹¹. — Qui, ob eandem rationem, non excusat ab excommunicatione praelatum, si religiosum cum excessu verberet, pede tradat, aut similia faciat.

« An idem possit pater, controvertitur « in utramque partem probabiliter. — Vide « Laymann¹² ».

Quaeritur: *an pater possit verberibus clericum punire?* — Certum est posse, si clericus est in minoribus; ex dicto cap. *Cum voluntate* 54, § *Si quis vero, de sent. excom.* ubi id conceditur omnibus illis, *qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum... ut cohibeantur a suis insolentibus... duxerint corrigendos.*

Dubium est: *an possit, si clericus est in sacris constitutus?*

Prima sententia negat; et hanc tenentⁱ⁾, Laymann¹³; et Palaus¹⁴ cum Hostiensi, Panormitano, Angelo, Molina, etc. Quia

§ 10, n. 16, v. *Decimo quarto*. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 29. — *Bonac.*, disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 4, n. 4. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 13. — ¹⁰ Loc. cit., n. 29. — ¹¹ Croix, lib. 7, n. 318. Cfr. *Thesaur.* Resol. S. C. C. in *Callien.*, die 16 Maji 1733. — ¹² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 9. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 3, n. 8. — *Hostien.*, in cap. *Cum voluntate*, n. 12. — *Panorm.*, in dict. cap., n. 8. — *Angel.*, v. *Excom. V*, cas. 1, n. 10. — *Molina*, tr. 3, disp. 56, n. 6; cfr. tr. 2, disp. 228, n. 26.

non recte; nam, cap. 27, num. 80, dumtaxat scribit ignorantiam probabilem excusare; et num. 274, negat in censuram incurere eum qui clericos percussit « ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens non fecisset ».

^{f)} Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 16, n. 14, id habet in simili, scilicet in homicidio cum ignorantia concomitante patrato; quo casu dicit homicidam reum esse « homicidii externi ».

^{g)} Tabiena, v. *Excommunicatio VII, n. 2*, dicit de censuris in genere: si « ignorantia

est affectata, crassa vel supina, et sic ligantur ». At v. *Excommunicatio V, n. 22*, loquens de praesenti casu, negat percussorem haberi pro excommunicato in foro externo, si probabiliter ignoravit; secus vero, si non probabiliter. Si tamen vere ignoravit personam esse privilegiatam, non incurrit in foro animae.

^{h)} Et idipsum dicunt Bonacina et Avila, *locis cit.* et Salmant. n. 30.

ⁱ⁾ Laymann, *loc. cit.*, dicit sibi magis placere sententiam negativam; affirmativam tamen vocat probabilem.

nullibi habetur, quod pater possit manus injicere adversus clericos in sacris. — Haec est probabilis.

At *sententia affirmans* videtur probabilior; et hanc tenent Suarez¹, Bonacina², Concina³, Contin. Tournely⁴, et Salmant.⁴ cum Valentia⁵, Bañes, Coninck et Avila. Et probatur ex cap. 1, de sent. excom., ubi excusatur magister, *si scholarem clericum* (quamvis sit plenae aetatis, ut ibi praemittitur^{h)}, unde includitur etiam clericus constitutus in sacris) *intuitu disciplinae vel correctionis percusserit*. Si ergo non solum causa disciplinae, sed etiam correctionis, potest magister clericum percutere; tanto magis poterit pater, cui principaliter et de jure naturali incumbit compescere insolentias filiorum.

« 6.º Si percussus realiter degradatus, vel bigamus; vel exerceat publice « officium cauponis vel macellarii, vel scurram, et ter monitus non cesset; vel inventus turpiter agens cum uxore, matre, « sorore vel filia; vel denique mulierem « ipso facto sollicitans ad turpitudinem: « quia perdit privilegium. — Vide Laymann⁶, Filliuccio⁶ ».

Ita ex cap. *Si vero* 3, de sent. excom., ubi excusatur a censura, qui in clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum, manus injecerit violentas.

¹ Disp. 22, sect. 1, n. 49. — ² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 4. — ³ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 8. — ⁴ Tr. 10, cap. 4, n. 30. — *Bañes*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 65, art. 2. — *Coninck*, disp. 14, dub. 15, n. 192. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 13. — ⁵ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 3 et 8. — ⁶ Tr. 15, cap. 1, n. 9 et seqq. et n. 22. — ⁷ Loc. cit., n. 8, v. *Quarta*. — ⁸ Loc. cit., n. 7. — *Molina*, tr. 3, disp. 55, num. 6. — *Coninck*, loc. cit., num. 196. — ⁹ Disp. 2, de Excom. in particul., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 6.

^{j)} Continuator Tournely, *de Censur.*, part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 5; Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 9, punct. un., v. *Utrum autem*; loquuntur de clericis in genere, sine distinctione utrum sint in sacris necne.

^{k)} Ubi (in eadem tamen phrasi) de clericis sese jocose percussentibus.

^{l)} Filliuccio, *loc. cit.*, n. 22, negat excusari « si cum consanguineis inferioris gradus », quae scilicet non sint mater, filia, uxor, soror.

^{m)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 84, v. *Vigesima*; concordat utique pro secundo membro, ubi de conventionem facta cum uxore. Sed quoad primum membrum negat etiam excu-

— Secus, si mulier illa non sit ita proxima in consanguinitate. Hinc Filliuccio¹⁾, Laymann⁷; et Bonacina⁸ cum Molina, Coninck, etc. communiter non excusant percussorem clericum inventi cum avia aut nepte.

Putant vero Navarrus^{m)}; et Bonacina⁹ cum Molina, Coninck et Avila, excusari maritum, si ex industria se abscondit, expectans clericum id ignorantem, ut deprehensum in adulterio occidat; secus, si conventionem facta cum uxore, se abscondat: cum jura nunquam intendunt fraudes patrocinari. Sed etiam in primo casu, rectius Laymann¹⁰ cum Navarro contradicit Bonacinae; quia tunc minime verificatur quod vir inveniat clericum, dum eum expectat: hic enim ideo excusatur, quia (ut ait Glossaⁿ⁾) nequit compescere subitaneam iram, ad quam potius tunc se excitaret. — Dicunt autem Suarez¹¹, Bonacina¹², Contin. Tournely⁴⁾, et Salmant.¹³ cum Palao^{o)}, Laymann^{o)}, Coninck^{p)}, etc., bene excusari virum, si occidat clericum inventum cum uxore in loco suspecto, vel cum ea colloquentem post monitionem quod se absteineat a tali colloquutione. — Notant item Contin. Tournely¹⁴, Concina¹⁵; et Croix¹⁶ cum Navarro, Silvestro^{q)}, Angelo^{q)}, etc., tunc tantum excusari virum percussorem talem clericum, quando per-

Molina, tr. 3, disp. 55, n. 6. — *Coninck*, disp. 14, n. 196. — *Avila*, part. 3, cap. 5, disp. 3, dub. 13, cas. 16. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 8, v. *Quarta*. — *Navar.*, consil. 25, de sent. excom. — *Bonac.*, loc. cit. — ¹¹ Disp. 22, sect. 1, n. 37. — ¹² Loc. cit., n. 8. — ¹³ Tr. 10, cap. 4, num. 31. — ¹⁴ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 5, v. 2. *Excusatur*. — ¹⁵ Diss. 2, cap. 2, § 1, num. 8. — ¹⁶ Lib. 7, num. 307. — *Navar.*, *Man.*, cap. 27, num. 84 et consil. 25, de sent. excom.

sari, *Consil. 25, de sent. excom.*, ut notat S. Alphonsus inferius.

ⁿ⁾ Glossa, in cap. *Si vero* 3, de sent. excom., v. *Turpiter*, dicit canonem virum sic inventi clericum parere « quia tam justum dolorem compescere non posset ».

^{o)} Contin. Tournely, *loc. cit.*, qu. 5, v. 2. *Excusatur*; Palaus, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 3, n. 13; Laymann, *loc. cit.*, primam dumtaxat partem asserti habent; scilicet excusari virum, si occidat clericum inventum cum uxore in loco suspecto.

^{p)} Coninck, *loc. cit.*, num. 196, primam partem habet; secundam vero refert ex Suarezio.

^{q)} Silvester, v. *Excommunicatio VI, n. 9*,

Quid de viro percussente clericum patrem adulterium.

Limitationes.

Non excusatur ignorantia crassa.

5. Non incurrit superior moderate percussus.

« cussio fit in ipso actu, vel continuo post adulterium; tunc enim solum acer ille doloris sensus meretur indulgentiam.

Excusatur etiam mulier, percussus clericum qui eam sollicitat, si non possit illum verbis avertere. Unde si clericus tantum verbis tentat, verbis tantum debet repellere: nisi ille sit adeo importunus, ut non valeat femina per sola verba ab eo liberari. Ita Suarez¹; et Salmant.² cum Silvestro³, Avila, Sayro, etc. — Hoc tamen intelligendum, si ex tali sollicitatione constituatur mulier in aliquo morali periculo labendi, saltem in peccatum cogitationis.

276. — « Resp. II^o. Etsi haec excommunicatio sit reservata Papae, potest tamen episcopus ab ea absolvere, his casibus: « 1^o. Quando percussio, etsi sit mortalis, est tamen prudentum iudicio levis, « comparata cum enormi ». [Ita ex cap. *Pervenit, de sent. excom.*] « v. gr. si fiat « palma, pugno aut lapide, non relincente « vestigium; et secundum Antoninum et « Diana³, nisi notabilem injuriam et « gnum scandalum pariat; qualem negat « esse, si quis sacerdotem pugno percussit in faciem, licet guttae sanguinis effluant » [Ita etiam Viva^{a)} cum Diana^{a)} et Glossa^{a)}]. — « Enormis vero erit, si « membrum praescindatur, copiosus sanguis fundatur; vel etiam ratione dignitatis personae, ut, si percussus episcopus vel abbas, etiam alapa.

« 2^o. Si percussor sit impubes, pauper, aeger, senex, mulier, caecus, claudus,

« servus, filiusfamilias, vel non sui juris; « uti et regulares ac moniales invicem « verberantes. — Item, si sint homines « delicati: et quotquot habent legitimum « impedimentum, ut non possint ire ad « Papam aut ejus legatum. — Vel, si dubium sit de excommunicatione^{b)}. Filii « liuccius⁴. — Denique, si sit occulta. Vide « supra, hic cap. 1, dub. 5, et Diana⁵.

« In quibus omnibus casibus, pro foro « conscientiae, potest etiam facultas absolvi impetrari (gratis quidem) ex « Poenitentiaria Romana, a Majore Poenitentiario; ut vide supra, Lib. 1, tract. 2, « cap. 4, in Appendice ».

277. — Oportet igitur distinguere: Alia est percussio *enormis*, alia *mediocris* sive *levis*, alia *gravis*. Quae non jam dicitur *levis*, quia importat tantum peccatum veniale (ad incurrendam enim excommunicationem, semper requiritur culpa gravis); sed dicitur *levis*, respectu ad gravem, et *enormem*. — Hujusmodi distinctio communiter a doctoribus assignatur et colligitur a constitutione in extrav. *Perlectis* quae in extensum refertur a Navarro⁶; ibique ab aliis attribuitur Innocentio IV, et ab aliis Pio II; sed Navarrus eam attribuit Joanni XXII^{a)}. — Caeterum communiter auctores illam admittunt, ut Cabassutius⁷, et Palaus, Bonacina, Roncaglia, etc. infra citandi. In praefata autem extravag. sic legitur: *Respondemus, percussorem levem esse pugno, palmae, manus, pedis, digiti, aut baculi, lapidis, quae nullam maculam neque sugillationem*

Quae sit percussio enormis, mediocris et levis.

¹ Disp. 22, sect. 2, n. 33. — ² Tract. 10, cap. 4, n. 31. — *Avila*, part. 3, cap. 5, disp. 3, dub. 13, cas. 18. — *Sayro*, lib. 3, cap. 27, n. 24. — *Marius Antonin.*, Var. resolut., lib. 3, resol. 11, num. 16 et seqq. — ³ Part. 9, tr. 4, resol. 19. — ⁴ Tract. 15, cap. 36 et seqq. — ⁵ Loc. cit., resol. 63. —

⁶ Man., cap. 27, num. 91. — ⁷ Lib. 5, cap. 2, num. 6. — *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, num. 2. — *Bonacina*, disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, num. 8. — *Roncaglia*, de Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3.

v. *Decimo*; Angelus, v. Excommunicatio V, cas. 1, n. 16, addunt: exclusa matura deliberatione.

^{r)} Silvester, loc. cit., n. 9, indistincte ait mulierem, quae verbis tantum tentatur, incidere in excommunicationem, si percussit.

276. — ^{a)} Viva haec admittit, de Censur., qu. 5, art. 3, n. 8, nisi tamen quis publice percussit clericum in ecclesia vel in platea etiamsi leviter: percussio non dicitur levis, cum fiat illi injuria gravis, ut docet Glossa. Et revera Glossa, in cap. Cum illorum 32, de sent. excom., v. *Effusionem sanguinis*, ait:

« Cum excessus notorius est, tunc abbas ipsum absolvi non potest propter scandalum ».

^{b)} De excommunicatione dubia non loquitur Filliucius loc. cit.; in reliquis vero concordat.

277. — ^{a)} Navarrus, loc. cit., dicit eam attribui Joanni XXII, « et perperam ». Revera ejus auctor ignoratur nec invenitur haec constitutio in Corpore Juris. Navarrus autem eam non refert in extensum, sed solum, ut ait, praecipua verba, quae hic citat S. Alphonsus. Invenitur etiam haec constitutio in Bullar.

carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine avulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod hujusmodi levis percussio, ut pugno aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad judicandum tamen quae laesio sit levis, mediocris aut enormis, volumus diligenter perpendi non solum factum, sed etiam qualitatem ejus, et modum percipiendi et laedendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personae, et aliiis. Personae, si est magister, iudex, praelatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus injuste a subdito, aut ab alio se viliori; quia ex hoc interdum censentur graves injuriae, quae ex se sunt leves aut mediocres. Et quia conditio negotii non patitur integram determinationem hujus rei, relinquimus tuo arbitrio, ut declares quae sit levis, et quae enormis injuria: admonentes, ut potius declares in dubio esse percussorem gravem, et ab ea non posse absolvi, quam declarando levem esse, occasionem praebens laedendi statum ecclesiasticum.

Hinc dicunt doctores, esse percussorem *mediocrem*, illam qua extrahitur dens, vel capillorum copia evellitur, aut fit sugillatio carnis, qua sanguinis copia effunditur absque gravi laesione vel injuria. Ita Bonacina¹ et Roncaglia². — Percussionem vero *enormem* dicunt iidem Bonacina et Roncaglia, ac Palaus³, Contin. Tournely⁴ et Concina^{b)} esse, si magna

intervenit vulneratio vel magna sanguinis effusio aliunde quam e naribus, vel magna injuria.

278. — Communiter autem advertunt praefati auctores et alii, quod saepe percussio levis potest evadere gravis vel enormis, ratione circumstantiarum, nimirum:

1^o. Ratione *personae laesae*: prout si percussus episcopus, abbas, praelatus monasterii, aut iudex, herus^{a)}, aliusve in dignitate constitutus; — ut dicunt Palaus⁵, Bonacina⁶, Concina⁷, Contin. Tournely⁸ et Roncaglia⁹.

2^o. Ratione *personae laedentis*: ut, si officialis laicus auctoritative percussit clericum, vel plebejus ecclesiasticum nobilem^{b)}. — Suarez¹⁰, Roncaglia¹¹; et Bonacina¹² cum Navarro^{c)}, Molina, Filiucio et Reginaldo.

3^o. Ratione *personae, coram qua fit percussio*: nempe, si fit coram praelato, aut alia persona in dignitate constituta. — Bonacina, Roncaglia; et Palaus cum Molina.

4^o. Ratione *scandali*: nempe, si monachus cum gravi scandalo clericum saecularem percussit. Viva¹³, Roncaglia¹⁴ et Bonacina¹⁵. — Qui addit, idem esse, si quis percussit clericum in claustro coram regularibus^{d)}.

5^o. Ratione *loci*: nempe, si percussio fit in ecclesia, vel platea^{e)}. — Cabassutius¹⁶, Palaus, Concina, Contin. Tournely¹⁷ et Roncaglia.

¹ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 8. — ² De Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — *Bonacina*, loc. cit. — *Roncaglia*, loc. cit. — ³ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — ⁴ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Disp. 22, sect. 1, n. 91. — ¹¹ De Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — ¹² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 8. — *Molina*,

tr. 8, disp. 57, n. 2. — *Filliucius*, tr. 15, cap. 1, n. 89, v. *Tertio*. — *Regin.*, lib. 1, n. 241. — *Bonacina*, loc. cit. — *Roncaglia*, loc. cit. — *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — *Molina*, loc. cit., n. 2; cfr. disp. 40, n. 3. — ¹³ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 8. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Loc. cit. — ¹⁶ Lib. 5, cap. 2, n. 6. — *Palaus*, loc. cit. — *Concina*, diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — ¹⁷ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — *Roncaglia*, loc. cit.

Rodriguez, Bull. 2, Joannis XXII, paucis quibusdam additis. Piasecius vero, *Prax. episc.*, part. 2, cap. 1, n. 7, increpans Navarrum quod « satis diversis verbis et mutilate » eam retulerit, hanc citat in extensum.

^{b)} Concina, diss. 2, cap. 2, § 1, num. 9, de magna sanguinis effusione negat esse enormem, si vulnus sit leve. In reliquis concordat.

278. — ^{a)} De iudice et hero solus Palaus loquitur.

^{b)} Suarez et Reginaldus solum principium generale habent, scilicet percussorem fieri gravem vel enormem ex persona laedentis; ceteri vero de officiali laico loquuntur, sed non de plebejo.

^{c)} Navarrus, Man., cap. 27, num. 92, hoc non habet; et Bonacina plura simul disputanda ponit et auctores indiscriminatim citat.

^{d)} Bonacina dicit: in claustro coram saecularibus.

^{e)} Cabassutius de platea non loquitur.

6°. Ratione temporis.

6°. Ratione *temporis*: ut, si quis percussit clericum sacris vestibus indutum, vel dum vacat publicis officiis in choro, vel in actu processioneis aut publicae supplicationis *f)* — Cabassutius, Palaus, Con- tin. Tournely et Roncaglia.

7°. Ratione injuriae.

7°. Ratione *injuriae*: ut, si quis clericum denudet, vel atramento aut stercore ejus vultum foedet; ut Cabassutius ¹.

279. — His positis:

1°. Sciendum quod a percussione *levi*, etiam *publica*, possunt absolvere episcopi; ut docent communiter doctores cum Bonacina ²: et patet ex cap. *Pervenit 17, de sent. excom.* Et sic pariter eorum vicarii generales, quia hoc habent episcopi de jure ordinario; ut Sanchez ³; et Bonacina ³ cum Molina, Reginaldo ^{b)}, Lazario ^{a)}, etc. (Vide dicta *num. 224, v. An autem*). — Utrum autem possint ab ea absolvere habentes jurisdictionem quasi episcopalem? Vide dicta *n. 79*.

A percussione gravi absolvit episcopus.

2°. A percussione vero *enormi* aut *mediocri*, si est *publica*, potest absolvere tantum Papa, aut legatus a latere, qui gaudet auctoritate pontificia, ex cap. *Ad audientiam, de sent. excom.* Item possunt etiam legati, missi ad aliquam provinciam, ex cap. *penult. de off. legati*.

Limitationes.

Si vero percussio fuerit occulta, possunt ab ea absolvere etiam episcopi, ex cap. *Liceat 6, in sess. 24 Trid.* Et a publica, etiam mulieres, ex cap. *Mulieres, de sent. excom.* Et hoc etiamsi percussio fuerit *enormis*; ut Viva ⁴ cum Suarez, Mo-

lina et Filiuccio ^{c)}. — Et sic pariter possunt absolvere impuberes, etiamsi hi post pubertatem absolutionem petant. Viva ⁵, cum iisdem auctoribus, ex *cap. fin. de sent. excom.* Item, eos qui collegialiter vivunt si percussio fuerit *gravis*; non vero, si *enormis*. Vide dicta *n. 88, v. Etiam*. — Item, omnes impeditos adire Romam; juxta dicta citato *n. 88, v. Denique*.

Quos autem, et quando praelati regulares possint absolvere subditos, et alios, ab hac excommunicatione; vide dicta *n. 107*.

Bene autem advertit Croix ⁶, quod pro absolutione censurae ob percussorem clericum, etiam publicam, potest recurri ad S. Poenitentiarium.

280. — Dubitatur 1°. *An, in dubio, percussio judicanda sit levis, aut gravis?*

Bordonus apud Viva ⁷ dicit, censendam esse *levem*. — Sed omnino dicendum est oppositum cum Bonacina ⁸, Viva et Roncaglia ⁹, ac Concina ¹⁰, qui testatur esse commune. Et patet ex citata Extrav. *Perlectis (n. 277)*, verbis illis: *Admonentes, ut potius declares, in dubio esse percussorem gravem, et ab ea non posse absolvi*. Ibi datur ratio, ne *occasionem praebas laedendi statum ecclesiasticum*.

Dubitatur 2°. *An incurrat hanc censuram, qui clerico venenum praebet?* — Adsunt quatuor sententiae:

Prima, quam tenent Avila et Rodriguez ^{a)} apud Diana ¹¹, absolute negat: nisi venenum per vim praebetur ad potan-

In dubio, judicanda est gravis.

Alii dicunt, praebentem venenum non incurrere censuram.

loc. cit., n. 3; cfr. n. 2. — *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 36. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Lib. 7, n. 325. — *Bordon.*, part. 1, resol. 28, n. 45. — ⁷ Loc. cit., n. 9. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — *Viva*, loc. cit. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, concl. 2. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 80, n. 13 (edit. lat.; et edit. hispan. Barcinon. 1597 et Salmant. 1600). — ¹¹ Part. 9, tract. 4, resol. 36.

Cabass., lib. 5, cap. 2, n. 6. — *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — *Cont. Tourn.*, de Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — *Roncagl.*, de Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — ¹ Loc. cit. — ² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 3. — ³ Loc. cit., n. 4. — *Molina*, tr. 3, disp. 59, n. 2. — ⁴ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 10. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 6; cfr. n. 64. — *Molina*,

f) Non omnes auctores citati loquuntur de processione vel publica supplicatione.

279. — *a)* Sanchez, *de Matr.*, lib. 3, disp. 7, n. 10, rationem tantum affert hujus propositionis: scilicet vicarium generale esse Ordinarium. Et ita Lazarius, *Canon. Quaest.*, de *Monitoriis*, sect. 1, qu. 6.

b) Reginaldus, *lib. 1, num. 255*, dicit episcopum jure communi posse absolvi a percussione *levi*; proindeque, *n. 258*, cum hoc sit perpetuo annexum dignitati, posse vices suas alteri committere. At, *n. 47*, dicit vica-

rium generale episcopi habere ordinariam potestatem.

c) Quamvis auctores isti a Viva citentur pro solis impuberibus, loquuntur etiam de mulieribus.

280. — *a)* Rodriguez citatur apud Diana in ipso textu Avilae, et Diana negat se reperire potuisse hanc doctrinam apud Rodriguez: sed certe reperitur in editionibus allegatis, et expuncta est in editione Ulyssiponen. 1615 in textu, quamvis quaestio reperitur adhuc in sumario.

dum. Nam alias (ut ajunt) non fit violentia personae, sed naturae. — Sed merito Diana ¹ hanc opinionem rejicit, cum sit contra communem; et Renzi ² refert, anno 1640, eam fuisse expunctam ex *Summa Rodriguez*, ob mandatum S. Inquisitionis in suo *Expurgatorio*.

Alii, non incurrere nisi morte secuta.

Secunda sententia, quam tenent Filiucius ³; et Suarez ac alii apud Croix ⁴, dicit non incurrere censuram, nisi morte secuta. — Sed neque haec opinio videtur satis probabilis.

Alii incurrere statim.

Tertia sententia, quam tenet Croix ⁵ cum Beja ^{b)} et Sperelli, dicit hunc ab

initio incurrere; quia venenum de se est aptum statim laedere.

Quarta demum sententia communior, quae videtur mihi probabilior, dicit non incurrere, nisi postquam venenum inceperit laedere. Ratio, quia ad incurrendam censuram canonis, non requiritur mors; sed requiritur quidem effectus secutus, nempe violentia illata: antequam autem venenum laedat, non adest effectiva violentia, sed tantum actio apta ad violentiam inferendam. — Ita Bonacina ⁶, Viva ⁷ et Diana ⁸ cum Squillante, quibus adhaeret etiam Renzi ⁹.

Probabilius non incurrit nisi post laesionem veneni.

ARTICULUS V.

QUAE SINT EXCOMMUNICATIONES PPAE RESERVATAE PER BULLAM COENAE.

281. *De excommunicatione in retinentes, legentes, etc., libros haereticorum.* — 282. *Ad quam incurrendam, requiritur: 1°. Ut auctor sit haereticus. An legi possint libri infidelium vel hebraeorum.* — 283. *2°. Ut liber haeresim contineat vel de religione agat. Quid, si error abradatur, vel si auctor non sit damnatus ut haereticus. Quid, si quis legat ad confutandum haereticum.* — 284. *3°. Ut legatur materia notabilis.* — 285. *4°. Ut scienter legatur, etc.* — 286. *Non incurritur: 1°. Si legas librum referentem verba haereticorum. 2°. Si legas scholia haereticorum.* — 287. *An prohibeantur libri philosophici, vel qui incidenter haeresim continent.* — 288. *Quinam libri prohibeantur in Indiae.* — 289. *Quot classes librorum prohibitorum Index constituat.* — 290. *Ad quem spectet libros prohibere.* — 291. *An liceat ex curiositate, etsi cum licentia, legere libros haereticos. Et, an legere libros prohibitos ei qui certus est, lectionem non esse sibi obfuturam (Vide de hoc dicta, Lib. I, n. 199, in fine).* — 292. *An incurrat, qui legit prooemium, indicem, etc. An qui audit legere. Et quid, si inducat ad legendum.* — 293. *An, qui legit scripturam brevem vel manuscriptum.* — 294. *An, qui legit duas lineas vel minus quam paginam.* — 295. *An qui retinet parvo tempore.* — 296. *An excuset ignorantia crassa. Quid, si quis scit ex viro probo librum esse prohibitum.* — 297. *An incurrat excommunicationem, qui impedit ne liber comburatur, aut laudat stylum, etc.* — 298. *An incurrat, qui deponit librum prohibitum apud alium.* — 299. *An qui eum comburit. A quo impetranda licentia legendi.* — 300. *Ad incurrendam excommunicationem ob haeresim, requiritur: 1°. Ut sit formalis.* — 301. *Qu. 1. An incurrat errans ex ignorantia crassa vel affectata.* — 302. *Qu. 2. An, qui dubitat circa res fidei.* — 303. *Requiritur 2°. Ut error externetur.* — 304. *Requiritur 3°. Ut manifestatio sit moraliter mala. Requiritur 4°. Animus profitendi errorem.* — 305. *Vide alia advertenda.* — 306. *Incurrunt etiam, credentes, fautores, receptatores et defensores.* — 307. *Qu. 1. An, qui favent haeretico ob amicitiam, etc.* — 308. *Qu. 2. An, qui haereticum recipit ne capiatur, effectu non secuto.* — 309. *Item incurrunt excommunicationem bullae: 1°. Surripientes bona naufragantium.* — 310. *2°. Domini imponentes tributa.* — 311. *3°. Quinam alii incurrant excommunicationem bullae.*

Excommunicatio in haereticos et in eorum libros legentes, etc.

281. — « Resp. Praecipua est in haereticos. — Quae extenditur non tantum ad fautores, receptatores et defensores haereticorum ut sic; sed etiam in

« scienter legentes, retinentes, imprimen-
« tes, et defendentes » [ex quavis causa,
« publice vel occulte, quovis ingenio vel
« colore], « libros haereticorum de reli-

¹ Part. 9, tr. 4, resol. 36. — ² De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 9. — ³ Tr. 11, cap. 5, n. 126. — *Suar.*, de Censur., disp. 5, sect. 1, n. 15. — ⁴ Lib. 7, n. 302. — ⁵ Lib. 7, n. 302. — *Sperelli*, decis. 20, n. 21 et seqq. — ⁶ Disp. 2, de Excom.

in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, n. 6. — ⁷ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 2. — ⁸ Part. 9, tr. 4, resol. 36. — *Squill.*, de Privileg. clericor., cap. 6, n. 55. — ⁹ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 9.

b) Beja, *Resp. casuum consc.*, part. 1, cas. 46, de mandante habet hanc sententiam:

aliquis scilicet mandavit clericum mutilari, mandatarius autem venenum propinavit ope-

« gione tractantes, vel haeresim continentes ».

« Ad quam excommunicationem incurram, requiruntur quatuor conditiones: 1^o. Ut auctor libri sit haereticus. 2^o. Ut liber haeresim expresse contineat vel de religione agat. 3^o. Ut legatur materia notabilis, et sufficiens ad mortale. 4^o. Ut scienter legatur, imprimatur, vel retineatur ^{a)}. — Laymann ¹ ».

282. — Ut igitur haec excommunicatio incurratur.

Requiritur 1^o. *Ut auctor sit haereticus.* Quapropter eam non incurrunr legentes libros infidelium, etsi haeresim contineant; dum dicitur in bulla: *libros haereticorum.* Ita Suarez ²; et Salmant. ³ cum Sanchez, Palao, etc. — Liber autem Thalmud et similes hebraeorum prohibentur per bullas Pii IV et Clementis VIII ^{a)}, (apud Croix ⁴). — Dicit autem Holzmann ⁵, etiam numerari inter libros in bulla vetitos, librum qui ex professo tractet de haeresi, quamvis lateat auctor ^{b)}, quia tunc auctor certe censetur haereticus.

283. — Requiritur 2^o. *Ut liber de religione tractet vel haeresim contineat.* — Sufficit igitur ut liber unum tantum errorem contineat contra fidem; vel si ex professo (non autem obiter) agat de religione, nempe de S. Scriptura, vel de theo-

logia scholastica, dogmatica aut morali, vel de mysteriis fidei, de cultu Dei aut sanctorum, de ritibus Ecclesiae, de canonicis, de rebus spiritualibus, et similibus. Ita Salmant. ⁶, Suarez ⁷, Sanchez ⁸, Laymann ⁹; item Dicastillus, Illsung ^{c)}, Tamburinius, etc. apud Croix ¹⁰.

Si vero error ille contra fidem sit abrasus a libro, Croix ¹¹ cum Pignatello ^{d)} dicit probabiliter excusari a censura qui reliqua libri legit; quia tunc liber non continet amplius haeresim, nec ullum periculum inducit. Contradicunt tamen, ibid. ¹², Suarez, Bonacina et alii, ac Sanchez ¹³; quia particularis illa expunctio non tollit communem libri prohibitionem. — Sed mihi non displicet distinctio quam tradit Sporer ^{e)}, nempe: Si liber tractet ex professo de religione, non obstante abrasione erroris, remanet prohibitus; quia in bulla omnino vetatur legere aut retinere libros haereticorum tractantes de religione. Secus, si liber tractet de alia materia, puta de philosophia aut de historia: exceptis tamen libris Centuriatorum Magdeburgensium et similibus, in quibus revera tractatur de religione, atque in iis intentum est evellere statum monasticum, et denigrare ecclesiasticum.

Dicit autem Croix cum Suarez, Toletus, Palao, Pignatello et aliis comunis-

et seqq. — *Tambur.*, Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 7 (licet a Croix non citatus quoad omnia). — ¹⁰ Lib. 7, n. 330 et 331. — ¹¹ Loc. cit., num. 330. — ¹² Ap. Croix, loc. cit., num. 330. — *Suar.*, de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 10. — *Bonac.*, disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, num. 20; et disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 22, vers. *Ado.* — ¹³ Loc. cit., num. 35. — *Croix*, loc. cit., num. 328. — *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 21. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 19, num. 9. — *Palao*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 9. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, n. 49, v. *Hanc tamen.*

^{b)} De Holzmann cfr. notam *b* ad num. 3 (tom. 1, pag. 287).

^{c)} Illsung, tr. 3, n. 43, dicit solum, quod ad praesens attinet, in hac bulla prohiberi « libros haereticorum de religione vel de objectis ad illam pertinentibus, tractantibus, etiamsi nullum errorem continerent ». Et a Croix citatur solum pro quaesito quid intelligatur per librum de religione tractantem.

^{d)} Pignatellus, *Noviss. Consult. 195, n. 36*, v. *Si autem*, id absolute dicit; et Croix putat probabile.

^{e)} Vide not. *b* ad n. 5 (tom. 1, pag. 288), ubi reperies verba Sporer.

Juxta alios, excommunicatur legens ad confutandum errorem et sine periculo.

sime (contra Decianum ^{f)}, Mascardum ^{f)} et Caramuelem ^{g)}), legentem hujusmodi libros haereticorum non effugere excommunicationem bullae, etiamsi legat ad confutandum errorem, et sine periculo perversionis; quia prohibitio facta est in odium haereticorum, cum in bulla vetatur lectio *ex quavis causa vel colore.* — Limitant tamen Laymann ^{h)} et Dicastillus ^{h)} apud eundem Croix ^{h)}, si quis vir doctus legeret eos, sperans certo fore ut aliquem haereticum convertat. Hinc probabiliter dicunt Holzmann ⁱ⁾; et Elbel ² cum Mayr ^{j)}, quod ex epikeja bene excusantur legentes librum haereticum, si necessario indigeant tali lectione ad convincendum haereticum ex suo proprio vel alterius haereticum libro, puta, inveniendi contradictionem, etc.; modo periculum sit in mora, nec pateat recursus ad Romam vel alio.

Qui vero legeret libros vel scripta, ob haeresim, vel ob haeresis suspicionem prohibita, licet probabiliter, cum Pignatello et Duardo apud Croix ³, non incurreret excommunicationem bullae, nisi auctor sit damnatus ut haereticus vel natus ex secta haeretica; tamen incurreret excommunicationem Indicis, quae vero non est reservata.

284. — Requiritur 3^o. *Ut lectio fiat in materia notabili.* — Nam, licet Toletus et Ugolinus apud Bonacina ⁴, negent dari in

¹ De Virtutib. theol., n. 77, v. *Dixi.* — ² De Censur., n. 99. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, num. 66 et 69. — *Duard.*, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 35, n. 12 et 13. — ³ Lib. 7, n. 334. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 19, n. 9. — *Ugolin.*, de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, versic. *Ad eorumdem libros*, num. 1. — ⁴ Disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 14. — ⁵ Decal., lib. 2, cap. 10, num. 31. — *Sa.*, v. *Excom. Bullae Coenae*, num. 2 (edit. non correctae). — *Man. Rodrig.*, Addit. ad Bull. cruciat.,

^{f)} Decianus, *Tract. crimin.*, lib. 5, cap. 35, n. 21 et cap. 46, n. 26 et 27; Mascardus, *de Probation.*, tom. 2, concl. 862, num. 14, rationem tantum contrariae sententiae habent, scilicet talem non esse suspectum de haeresi.

^{g)} Caramuel, quidquid dicat Pignatelli, communem opinionem tenet, *Theol. fundam.*, a n. 644, in editione saltem secunda.

^{h)} Cfr. not. *b* ad n. 2 (tom. 1, pag. 286).

ⁱ⁾ Cf. not. *a* ad n. 2 (tom. 1, pag. 286).

^{j)} Vide not. *a* ad num. 6 (tom. 1, pag. 288).

hoc parvitatem materiae, quia (ut ajunt) in una sola linea potest quis errorem invenire; communiter tamen doctores admittunt materiae parvitatem: — quamvis discrepent in assignando qualis sit.

Alii enim, ut Sanchez ⁵ cum Sá, Manuele et Vivaldo, dicunt esse unam paginam, et plus, si volumen sit ex majoribus ^{a)}. At hanc opinionem merito non admittunt Salmant. ⁶; et idem sentit Bonacina ^{b)}, si pagina sit grandior. — Alii, ut Graffius et Reginaldus ^{c)} apud eundem Bonacina, dicunt esse tres vel quatuor lineas. — Alii, ut Suarez ^{d)}; et Palao ^{e)} cum Azor ^{e)}, Coninck ^{e)} et Sayro apud Bonacina, dicunt esse decem lineas. — Alii tandem, ut Holzmann ^{f)}, Sporer ⁸, Elbel ⁹; et Croix ¹⁰ cum Marchant, rectius distinguunt, in hoc attendendum esse finem prohibitionis. Si aperiendo librum haereticum, incidas in doctrinam quae directe est contra fidem, poteris excommunicationem incurrere, etiamsi legas paucas lineas; quia in ipsis potest esse periculum perversionis. Secus, si liber esset principaliter de materia indifferenti ^{f)}, tunc enim, legendo etiam paginam, excusaris a mortali, si nullum ibi legas errorem.

285. — Requiritur 4^o. *Ut hujusmodi libri scienter legantur, imprimantur, aut retineantur.* — Et eidem excommunicationi subjacent eos ementes, vendentes aut

§ 9, n. 68. — *Vivald.*, Candelabr. aur., part. 2, Explanat. Bull. Coenae, cas. 1, num. 11. — ⁸ Tract. 10, cap. 4, num. 74. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, num. 45. — *Sayr.*, lib. 8, cap. 5, num. 12. — *Bonac.*, loc. cit. — ⁹ De Virtutib. theol., num. 77, v. *Dixi* 4. — ¹⁰ Tr. 2, cap. 3, num. 44. — ¹¹ De Fide, confer. 4, num. 118. — ¹² Lib. 7, num. 340. — *Petr. March.*, Tribunal, tom. 2, tr. 2, tit. 2, sect. 4, qu. 2, concl. 1, v. *Petes quae censentur.*

^{b)} Bonacina, *loc. cit.*, num. 14, negat excusari legentes integram paginam, « quia videtur materia gravis, si pagina grandior sit ».

^{c)} Cfr. not. *b* ad n. 6 (tom. 1, pag. 288).

^{d)} Vide notam *c* (*loc. cit.*).

^{e)} Cfr. notam *d* (*loc. cit.*).

^{f)} Hoc secundum membrum Holzmann omittit. Ceteri vero auctores dicunt: si advertat esse materiam indifferentem, quo casu Sporer excusat legentem etiam tres paginas; Croix unam paginam « et forte amplius » Marchant vero plures paginas.

Ad incurram excommunicationem, requiritur: 1^o. Ut auctor sit haereticus.

2^o. Ut liber de religione tractet vel haeresim contineat.

¹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, a n. 1 ad n. 5. — ² De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 11. — ³ Tr. 10, cap. 4, n. 71. — *Sanchez*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 22. — *Palao*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, n. 1. — *Pius IV*, breve *Dominici gregis*, de die 24 Mart. 1564; in Bullar. Mainardi. — *Clemens VIII*, breve *Sacrosanctum*, de die 17 Octobr. 1595; in Bullar. cit.; cfr. bull. *Cum Hebraeorum* de die 28 Febr. 1592; in Bullar. cit. — ⁴ Lib. 7, n. 333. — ⁵ De Virtutib. theol., num. 78. — ⁶ Tr. 10, cap. 4, num. 72. — ⁷ De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 16. — ⁸ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 21 et 34. — ⁹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 4. — *Dicast.*, disp. 3, n. 1174

rans mortem ad duos menses; et eo casu Beja dicit mandantem statim excommunicari a die propinatis veneni.

281. — ^{a)} Vide const. *Apostolicae Sedis, excom. speciali modo S. Pontifici reserv.*, excom. 2, et recole quae monuimus in *Diss. de prohib. libror.*, cap. 2, n. 11, not. *a* (in tom. 1, hujus Operis, pag. 265).

282. — ^{a)} Breve Pii IV *Dominici gregis* et breve Clementis VIII *Sacrosanctum*, confirmant Indicem librorum prohibitorum, in quo prohibentur utique thalmud ejusque glossae, annotationes, interpretationes et expositiones.

Si error sit abrasus a libro,

modo ejus lectio est illicita,

modo est illicita.

S. Doctor hanc opinionem limitat.

4^o Ut liber scienter legatur, etc.

asportantes; ut dicunt Salmant.¹, ex decretis Pontificum. Necnon defendentes non solum verbo, sed etiam facto, nempe, si impediunt quominus tales libri episcopo tradantur; ut dicunt Palaus, Tamburinius et alii communitur cum Croix².

286. — « Unde resolves:

« 1°. Non excommunicaris: 1°. Si legas « libros catholicorum referentes verba « haereticorum, etiamsi animo haeresim « discendi legas. Laymann³ ex Navarro, « Sanchez, etc. ». [Est commune cum Azor, Suarez, Bonacina et Pignatellus, apud Croix⁴]. — « 2°. Si in catholici scriptoris « libro vel alio, hac bulla non contento, « legas adjecta scholia vel notas auctoris « haeretici: quod tamen Suarez⁵ limitat, « nisi scholia essent tam copiosa, ut ex « his potius quam ex textu liber constare « videretur. Laymann⁶ ex Navarro^a), « Sanchez, etc. ».

Quaeritur: *an legens scholia haeretici in libro catholico incurrat excommunicationem?*

Affirmant Suarez et Krimer apud Croix⁷, si adnotationes essent libro majores; quia talis liber potius est haeretici commentantis quam catholici. Immo Croix censet incurrere, etsi scholia mole sua non adaequarent librum; quia tales libri magis habentur propter adnotationes quam propter textum catholicum. — Negant vero Tamburinius⁸ cum Sanchez; ac Bonacina apud Viva⁹ (qui ipsis adhaeret^b), dicentes *Summam* D. Thomae non appellari librum

Cajetani, quamvis hujus adnotationes textum D. Thomae superent. Addit tamen Viva, legentem hujusmodi librum saltem non excusari ab excommunicatione non reservata Indicis, lata in legentes libros damnatos ob haeresim, vel falsi dogmatis suspicionem^c; ut habetur ibi in *regula 10*.

His tamen non obstantibus, magis adhaereo primae sententiae, si scholia sint adeo uberiora, ut liber potius constet ex ipsis, quam ex doctrina catholica; ut dicunt Pignatellus^d et alii apud Croix¹⁰.

287. — « Non prohibentur haeticorum « libri philosophici, et alii haeresim non « continentis. Laymann¹¹. — Immo proba- « biliter nec ii, qui incidenter tantum con- « tinent haeresim, non agentes ex pro- « fesso de fide ». [Verius dicendum, *de errore a*), ut docent Sanchez¹², Palaus¹³, Bonacina¹⁴ et Salmant.¹⁵] « Sayrus et Graf- « fii^b) apud Laymann¹⁶ (contra Suarez « et Sanchez), qui id confirmat pro Ger- « mania^c) ubi bulla cum tanto rigore non « est recepta. Vide Becanum¹⁷.

« Legens tamen tales, incurrit excom- « municationem non reservatam Indicis « librorum prohibitorum, ubi is receptus « est: quod non videtur esse factum in « Germania, saltem cum isto rigore; ut « habet Laymann¹⁸ ».

288. — Hic notandum, quod Clemens VIII, in Indice librorum prohibitorum, firmato auctoritate Pii IV, vetavit legere omnes libros haeticorum, donec expurgentur;

Judicium
S. Doctoris.

Quinam
libri prohibentur,
juxta jus an-
tiquum.

¹ Tr. 10, cap. 4, num. 74. — Palaus, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 14. — Tambur., Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 54. — ² Lib. 7, num. 358. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 1. — Navar., Man., cap. 27, n. 56, v. *Declar.* 9. — Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 10, num. 23. — Azor, part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 2. — Suar., de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 11. — Bonac., disp. 1, de Censur., in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, num. 21 et disp. 2 de Excom., qu. 5, punct. 4, num. 19. — Pignat., Noviss. consult. 195, num. 79, v. *Legens vero*. — ⁴ Loc. cit., n. 335. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit., num. 2. — Sanchez., loc. cit., n. 25. — Suar., loc. cit. — Krimer, in

lib. 5 Decretal., qu. 7, num. 717. — ⁷ Loc. cit., num. 334. — Croix, loc. cit. — ⁸ Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 9. — Sanchez., loc. cit., num. 25. — Bonac., de Censur. in Bull. Coenae, loc. cit., n. 6. — ⁹ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 8. — Viva, loc. cit. — ¹⁰ Lib. 7, n. 334. — ¹¹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 4. — ¹² Decal., lib. 2, cap. 10, n. 34 et 35. — ¹³ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, num. 7. — ¹⁴ Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 20. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 4, n. 72. — Sayr., lib. 3, cap. 5, n. 12. — ¹⁶ Loc. cit., n. 4. — Suar., disp. 21, sect. 2, num. 10. — Sanchez., lib. 2, cap. 10, n. 34. — ¹⁷ De Virtutib., cap. 15, qu. 8, n. 5. — ¹⁸ Loc. cit., n. 4.

286. — ^a) Navarrus, *loc. cit.*, ita docet vi bullae Coenae, sed addit hunc posse incidere in censuram Indicis librorum Pii IV.

^b) Viva adhaerere censetur quatenus hanc opinionem ultimo loco ponit neque eam reprobatur.

^c) Idemque tenet Bonacina.

^d) Pignatellus, quidquid dicat Croix, id non habet, *loc. cit.*, v. *Legens*.

287. — ^a) Vide Dissert. de prohib. libr., cap. 5, n. 10 (*tom. 1, p. 290*), ubi S. Doctor id magis explicat; cfr. etiam *Hom. Apost., tr. 19, n. 60*.

^b) Jacobus de Graffis, *Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 40 et 42*, negat utique eos incurrere in excommunicationem bullae Coenae, sed affirmat incurrere in excommunicationem Indicis.

^c) Ad tollendam ambiguitatem in hoc loco,

et haeresiarcharum, etiamsi haeresim non contineant nec tractent de religione: sub excommunicatione non reservata. Vide Salmant.¹ et Croix². — Item libros cujusvis auctoris non haeretici, prohibitos ob suspicionem haeresis, ut in *reg. 10* Indicis. Viva³.

Item S. Pius V, in constitutione *Cum sicut*, prohibuit legere aut retinere libros cujusvis auctoris suspecti de haeresi, indigentes expurgatione, donec expurgentur: sub excommunicatione reservata Papae. — Ut autem agnoscat, quinam libri expurgatione indigeant, dantur regulae in *Expurgatorio Romano* (apud Salmant.⁴).

Insuper Sixtus V, prohibuit sub excommunicatione reservata quemcumque librum de astrologia, seu divinatione futurorum. Vide Salmant.⁵.

Item, in Indice prohibentur omnes libri ex professo tractantes de obscenis. *Reg. 2, 7 et 9*. Notat autem Croix⁶ cum Laymann, legentes libros obscenos peccare quidem graviter, si materia sit gravis, sed non incurrere excommunicationem. — Idem dicunt de legentibus libros magicos. Sed melius ait Viva⁷, eos incurrere excommunicationem non reservatam; quia tales libri in *reg. 9* prohibentur ob haeresis suspicionem.

289. — Sciendum, quod Index tres classes librorum prohibitorum constituit. — *Prima* classis continet omnes libros haeticorum haeresim habentes, vel de religione tractantes. — *Secunda* classis continet libros catholicorum contra fidem vel bonos mores; qui (ut ait Lupus⁸) non prius censentur prohibiti, quam specialiter in Indicem referantur: intellige, praeter libros in Indice prohibitos per se, ut mox infra. — *Tertia* classis continet libros editos sine nomini auctoris: qui non omnes (ut bene advertit Lupus⁹) damnati sunt,

sed tantum illi qui pravam doctrinam tradunt. Sic enim videmus practicari a viris probis et doctis; et ita colligitur ex bulla Alexandri VII *Speculatores*, ubi de hac prohibitione Pontifex loquens, dicit: *Contingit ut plerique libri ignoti scriptoris, qui tertiae classi assignantur, pejores multo sint, quam in prima aut secunda recensiti*.

In Indice autem prohibentur in *reg. 2* omnes libri haeresiarcharum, etsi haeresim non continent et de religione non tractant. Deinde omnes libri haeticorum, donec ab episcopis examinentur et approbentur. Item Biblia vulgaria; et libri controversias disserentes inter haeticos, vulgari sermone conscripti. Item libri obsceni ex professo, et libri magici. — Hinc ibi excommunicatur, qui libros haeticorum, vel cujusvis auctoris scripta, ob falsi dogmatis suspicionem damnata, legerit vel habuerit.

290. — Prohibere libros per totum orbem, spectat ad Pontificem, et pro ipso, ad S. Congregationem. — Episcopi autem, et inquisitores possunt libros prohibere in territorio proprio. — Magister S. Palatii etiam potest; sed, ut putat Bordonus¹⁰, tantum pro Urbe et ejus districtu: nunquam enim visae sunt illius prohibitiones publicari.

291. — Putat Croix¹¹, quod cum datur licentia legendi libros haeticos ad errores confutandos, graviter peccaret qui legeret ex curiositate (licet excusaretur ab excommunicatione); quia tunc cessat finis licentiae. — Sed haec ratio non suadet. Tum quia finis praeepti non cadit sub praeepto; ut diximus *de Jejunio, Lib. III, n. 1032, qu. 1, v. Sed probabilius*. Tum quia superior ob duas causas dispensat: primo, quia considerat, dispensato non imminere periculum perversio-

Ad quem spectat prohibere libros.

Non peccat legens ex curiositate, sed cum licentia.

¹ Tr. 10, cap. 4, n. 73. — ² Lib. 7, n. 360. — ³ De Censur., qu. 5, art. 1, num. 8. — *Expurgatorium Romanum*, cfr. Instruct. Clementis VIII... regulis Indicis adject., de correctione librorum, § 2. — Sixtus V, bulla *Coeli et terrae*, de die 5 Jan. 1586 (in Bullar. Mainardi), coll. cum reg. 9 et 10 Indicis. — ⁴ Loc. cit., n. 73. — ⁵ Loc. cit., n. 73. —

⁶ Loc. cit., n. 360. — Laym., lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 8. — ⁷ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 8. — ⁸ In Edict. S. Inquisit., lib. 25, dist. 1, art. 1, diff. 1, v. *Primum est*. — ⁹ Loc. cit., v. *Verum non omnes*. — Alexander VII, bulla *Speculatores*, § 4, de die 5 Mart. 1664; in Bullar. Mainardi. — ¹⁰ Man. Consultor., sect. 48, n. 5. — ¹¹ Lib. 7, n. 346.

notandum est Laymann dicere explicationem Suarezii et Sanchezii esse quidem verbis bullae conformiorem: « Verumtamen [addit]

in partibus nostris septentrionalibus, bullaris haec constitutio secundum talem rigorem recepta non est ».

nis; secundo, quia sperat, lectionem esse illi vel aliis proficuum. Unde, si cessat secunda causa, non cessat prima.

An autem possit legere librum prohibitum sine licentia, qui certus est moraliter lectionem sibi non obfuturam? — Quidquid dicant alii, omnino est negandum cum Croix¹ et Palao, Toledo^{a)}, Suarez^{a)}, Sanchez^{a)}, Tamburini, etc.; juxta dicta *Lib. 1, n. 199, in fine.*

292. — « 3^o. Excommunicatur: 1^o. Qui « in sufficiente quantitate solum proeemium, vel epistolam ad lectorem, vel « indicem libri, vel partem libri, in qua « nulla est haeresis, legit; ut habet Laymann² et Bonacina » [Vide dicta *n. 284*]. « 2^o Probabiliter etiam is, qui alterum « jussu suo legentem audit; quia legit per « alium. Laymann³, Azor, etc., contra Sanchez ».

Probabilius dicunt Sporer⁴; et Croix⁵ cum Azor, Silvio^{a)}, Pignatello et Sayro, excusari ab excommunicatione qui audit: modo non induxerit alium ad legendum. — Immo Sanchez⁶; Palaus⁷ cum Coninck^{b)}

¹ Lib. 7, num. 375. — Palaus, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 9. — Tambur., Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 41. — ² Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5. — Bonac., disp. 1, de Censur., in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, num. 21, v. Quarto et n. 22, v. Amplia. — ³ Loc. cit., n. 6. — Azor, part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 4. — Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 48. — ⁴ Tr. 2, cap. 3, n. 43. — ⁵ Lib. 7, num. 342. — Azor, loc. cit., qu. 4. — Pignat., Noviss. consult. 195, num. 62, v. Vel enim audiens. — Sayr., lib. 3, cap. 5, num. 14. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 4. — Ugol., de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, v. Ac eorumdem libros, § 1, n. 4. — ⁸ Loc. cit., punct. 4, n. 11.

291. — a) Toletus, *lib. 1, cap. 19, num. 9*; Suarez, *de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 21*; Sanchez, *Decal., lib. 2, cap. 10, n. 53*, loquuntur de eo qui hujusmodi libros retinet vel legit animo impugnandi errores, sed non loquuntur expresse de casu quo lectio minime obfutura est legenti.

292. — a) Silvius non satis recte allegatur a Croix, quamvis enim, in *2am 2ae, qu. 11, art. 3, qu. 6, concl. 6*, dicat herum incurrere in excommunicationem si jubeat famulo sibi ejusmodi librum legere, quia per jussionem videtur esse defensor vel fautor haeresis; addit: « Alioquin si quis audit legentem librum haereticum, neque haeresi neque haeretico favens, valde probabile est quod non incurrat censuram, ... etsi sit causa quod alius legat ».

b) Vide not. b ad n. 9 (tom. 1, pag. 290).

c) Cfr. notam c (loc. cit.).

d) Vide notam d (loc. cit.).

et Ugolino; ac Bonacina⁸ cum Sousa, Navarro^{c)} et Reginaldo^{d)}; item Filiucci, Tamburini, etc. apud Croix⁹, dicunt excusari, quamvis induxerit; idque merito putant probabile Croix¹⁰ et Viva¹¹. — Atque Sporer^{e)} et Sousa^{e)} ac Stephanus^{f)} apud Croix, excusant etiam a peccato, si audiens ex auditione nullum periculum incurrat perversionis.

293. — « 4^o. Probabiliter non excommunicatur, qui haereticam concionem, aut « epistolam seorsim editam legit; quia non « est liber. — Laymann^{a)}, ex Sanchez ».

Sic etiam sentiunt Sanchez¹²; Holzmänn^{b)} cum Bonacina^{c)}, Castropalao^{b)}; et Lugo^{d)} apud Croix¹³. — Sed oppositum tenent Suarez et Farinacius, apud Salmant.¹⁴ Sed vide quae dicentur hic, in fine hujus numeri^{e)}.

An autem incurrant censuram, legentes *manuscripta haereticorum*?

Affirmant Holzmänn¹⁵; et Croix¹⁶ cum Suarez, Sanchez, Dicastillo, Stoz, Pignatello, Stephano et aliis communiter (ut asserit). — Sed negant Viva^{f)}, Spo-

Sousa, de Censur., cap. 2, disp. 14, n. 2. — Fill., tr. 16, cap. 2, num. 45. — Tambur., loc. cit., § 7, num. 32 et 33. — ² Loc. cit., n. 342. — ³ Loc. cit. — ⁴ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 9, v. Dub. 3. — Croix, loc. cit., n. 342. — Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 10, num. 29. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Lib. 7, num. 337. — Suar., de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 10. — Farinac., de Haeresi, qu. 180, n. 31. — ⁷ Tr. 10, cap. 4, n. 72. — ⁸ De Virtutib. theol., num. 77, v. Dicitur 6^o. — ⁹ Loc. cit., num. 339. — Suar., loc. cit. — Sanchez, loc. cit., n. 28. — Dicast., disp. 3, num. 1178. — Stoz, lib. 1, part. 3, n. 536. — Pignat., Noviss. Consult. 195, num. 47, v. Nec libri intelliguntur. — Steph. a S. Paulo, tr. 3, disp. 1, n. 50.

e) Cfr. notam e (loc. cit.).

f) Vide notam f (loc. cit.).

293. — a) De Laymann vide not. b ad n. 7 (tom. 1, pag. 289).

b) Vide notam a (loc. cit.).

c) Cfr. notam d (loc. cit.).

d) Lugo, *de Fide, disp. 21, a n. 33*, probabiliter appellat hanc sententiam.

e) In quinque prioribus editionibus opinionem Busenbaumii S. Doctor « merito probabilem » dixit; item in *Diss. de prohib. libr., cap. 5, num. 7* (cfr. tom. 1, pag. 289). A sexta vero editione hoc iudicium in utroque loco expunxit. Notandum tamen est hanc immutationem non fuisse factam in *Homo Apost., tr. 19, num. 58*, idque, ut opinor, ex oblivione.

f) Viva, in *propos. 45 Alex. VII, n. 10*, hanc sententiam negativam negat esse improbabilem.

etiamsi inducat ad legendum.

Juxta alios, non excommunicatur.

Judicium S. Doctoris.

rer^{g)}; ac Azor^{h)}, Barbosa^{h)}, Tamburini apud Croix (qui putat probabile); quia revera manuscripta non sunt libri, qui facilius, cum sunt impressi, habentur, et libentius leguntur. Idem sentit Silviusⁱ⁾ (apud Croix^{j)}) dicens: *Libri manuscripti communicari possunt ad legendum; nam tantum prohibentur, ne communicentur ad imprimendum.* Refertque Silvius sic etiam declaratum fuisse a S. Congregatione.

Sed his non obstantibus, magis adhaerere primae sententiae: tum quia est communior; tum quia manuscripta etiam veniunt nomine libri, prout equidem libri dicebantur, antequam typi inventi fuissent, et etiam nunc libri parochorum baptismorum, matrimoniorum, etc., in Rituali et communiter appellantur libri^{k)}. — De contraria autem declaratione S. C., ait Croix non satis constare.

Caeterum advertunt Salmant¹, quod in Expurgatorio Romano, edito ex decreto Tridentini, prohibetur sub excommunicatione (non tamen reservata) legere omnes scripturas ab haereticis compositas, etiam breves, et quamvis haeresim non contineant, donec examinentur et approbentur.

294. — « 5^o. Non sufficit una alterave « linea. — Immo, secundum Sanchez^{a)}, Roderiquez^{a)} et Sà^{a)}, nec integra pagina, « etiam magni voluminis: quod tamen « Bonacina et Laymann² non concedunt. « Licet hic fateatur, confessorio id posse

Tambur., Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, a n. 14. — Croix, lib. 7, n. 339. — Silvius, Opusc. 6, Resolut. var., v. Libri, qu. 4. — Croix, loc. cit. — ¹ Tr. 10, cap. 4, n. 73. — Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 13, et disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 14. — ² Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 7. — Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 47. — Sayr., lib. 3, cap. 5, num. 16. — Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 55. —

g) Sporer, *tr. 2, cap. 3, n. 39*, ex parte tantum concordat; probabilem existimat sententiam negantem respectu bullae Coenae; sed dicit incurrere alias excommunicationes Pontificum latas in legentes libros prohibitos.

h) Vide not. a ad n. 8 (tom. 1, pag. 289).

i) Ita sane Silvius refertur a Croix, loc. cit., n. 339; sed verba haec referunt mentem dumtaxat et non textum Silvii, Opusc. 6, Resol. var., v. Libri, qu. 4. Cfr. etiam not. a ad n. 8 (tom. 1, pag. 289).

j) In sua *Diss. de prohib. libror., cap. 5,*

« ad hoc servire, ut non continuo damnet « peccati mortalis et excommunicationis, « eum qui bono fine, vel etiam ex curiositate unam paginam legit » [Vide dicta supra, *n. 284*, v. *Requir. 3*].

295. — « 6^o. Non incurritur, si retinentur « libri parvo tempore, v. gr. uno, alterove « die; quia sicut materiae, ita et temporis « parvitas excusat. — Laymann³ ex Graffio « fio, Sayro, Sanchez, etc. ».

Hoc satis probabile est; ut dicunt etiam Bonacina⁴, Holzmänn⁵ et Palaus^{a)}. — Idque admittunt idem Palaus et Viva⁶ (contra Suarez^{b)}), etiamsi quis retineat librum illo modico tempore, animo semper retinendi; quia, tametsi peccat, non incurrit tamen excommunicationem: nam qui retinet per modicum tempus non dicitur notabiliter retinere. — Immo Sanchez⁷; Laymann⁸ cum Sayro^{c)} ac Graffio; et Pignatellus ac Stoz apud Croix⁹, excusant eum qui retinet librum longiori tempore, exspectans tempus opportunum ad tradendum superiori, vel alii licentiam habenti.

296. — « 7^o. Excusat ignorantia, etiam « crassa, si, vel nescias esse haereticum « vel tractare de religione. — Laymann¹⁰; « vide Sanchez¹¹ ».

Communiter docent doctores, non incurrere censuram, qui legit aut retinet librum cum ignorantia crassa facti vel juris; quia in bulla damnantur scienter legentes, etc. Ita, praeter Busenbaum,

⁴ Disp. 1, de Censur. in Bull. Coen., qu. 2, punct. 4, n. 15. — ⁵ De Virtutib. theol., n. 77, v. Dicitur 10. — ⁶ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 9, v. Dub. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 55. — ⁸ Loc. cit., num. 7. — Sayr., loc. cit., n. 16. — Graff., loc. cit., n. 47. — Pignat., Noviss. Consult. 195, n. 99, v. Si vero aliquis. — Stoz, lib. 1, part. 8, n. 539. — ⁹ Lib. 7, n. 351. — ¹⁰ Loc. cit., num. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 38 et 39 et de Matr., lib. 9, disp. 32, n. 37 et 39.

n. 8, scripta anno 1759 ac inde ab anno 1760 in Theologia morali inserta (4^a edit.), S. Doctor paulo aliter loquitur. Cfr. tom. 1, pag. 289.

294. — a) Vide not. a ad num. 6 (tom. 1, pag. 288).

295. — a) Quin etiam id probabiliter existimat Palaus, *tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 11.*

b) Suarez, *de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 22*, negat hunc excusari a peccato mortali, nec loquitur de censura, quidquid dicat Palaus.

c) Vide not. b ad n. 11 (tom. 1, p. 291).

Non excommunicatur retinens librum parvo tempore.

Et quantum longo tempore.

Excusat ignorantia crassa.

Laymann et Sanchez ^{a)}, dicunt Bonacina ^{a)}, Holzmann ¹ et alii passim. Et hoc est juxta dicta n. 47. — An autem excuset ignorantia affectata? Vide n. 48 et Lib. VI. n. 1124, circa finem.

Nullo modo tamen excusatur, qui legit aut retinet, sciens ex fama publica, vel saltem a viro fide digno, librum esse prohibitum; ut docent Lugo, Sanchez ^{a)}, Bonacina ^{a)} et alii communiter cum Croix ².

297. — « 8°. Non excusatur is, qui librum « vel in aliena domo, vel alieno nomine, « vel animo non legendi, habet. Item nec « is, qui affirmat non esse pravum, non « esse exurendum. Item, qui impedit ne « comburatur, qui disputationis causa defendit. Ita Bonacina. — Qui tamen excusat eum, qui laudat stylum vel ingenium auctoris, vel bonam doctrinam « quae in eo est, sed non quatenus in eo « est; v. gr. si dicat: hic liber esset bonus, « si non haberet haeresim, quia talis non « defendit. — Vide Laymann ³, Bonacina ⁴ ».

Excommunicatur deponens librum apud alium.

298. — Ex communi sententia docent Suarez ⁵, Sanchez ⁶, Palaus ⁷, Roncaglia ⁸ et Salmant. ⁹, Croix ¹⁰; et Bonacina ¹¹ cum Ugolino, Graffio et Sousa, non effugere excommunicationem, qui deponeret librum haereticum apud alium, non abdicando a se dominium; quia is qui retinet dominium, adhuc dicitur librum retinere, cum possit repetere quando vult. — Idem dicendum cum Croix ¹² ex Pignatello ^{a)} et communi (contra Duardum ^{a)}) de omnibus aliis li-

¹ De Virtutib. theol., n. 77, v. *Dicitur 2.* — Lugo, de Fide, disp. 21, n. 104. — ² Lib. 7, n. 345. — Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 15 et 18; cfr. disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 15 et 20. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 7. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 21. — ⁶ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 52. — ⁷ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 7. — ⁸ De Censur., qu. 3, cap. 1, qu. 2, resp. 4. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, num. 74. — ¹⁰ Lib. 7, n. 352. — ¹¹ Disp. 2, de Censur., loc. cit., n. 15. — ¹² Ugol., de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, vers. *Aut retinentes*, n. 3. — ¹³ Graffius, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 48. — ¹⁴ Sousa, de Censur., cap. 2, disp. 16, n. 2. — ¹⁵ Lib. 7, num. 347. — ¹⁶ Loc. cit., num. 74. — ¹⁷ Loc. cit. — *Pignat.*,

bris prohibitis, de quibus adest prop. 45 damnata ab Alexandro VII, ubi: *Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usquedum adhibita diligentia corrigantur.* — Et idem dicendum de eo, qui retinet librum alterius in deposito, commodato aut pignore; ut Salmant. ¹³; et Croix ¹⁴ cum Pignatello et Duardo.

Dicit tamen Croix ¹⁵ cum Verjuys, bene satisfacere qui tradit librum in locum sequestratum, qui solet assignari in singulis monasteriis. — Caeterum, si quis deponeret librum apud habentem licentiam, cum pacto expresso non repetendi, ita ut alter non teneatur reddere nisi post expurgationem, vel post licentiam obtentam: hunc non damnarem, quia in hoc videtur adaequate cessare periculum legendi. Et tanto minus damnarem, si donaret librum habenti licentiam, sub conditione ut reddat, si deinde ipse licentiam obtineat.

299. — Qui autem habet librum haereticum, tenetur tradere inquisitoribus, ex praecepto Julii III et Pii IV. — Hinc dicunt Suarez, Barbosa, Dicastillus, etc. apud Croix ¹⁶, incurrere censuram, qui illum comburit in loco, ubi viget Inquisitio. Sed excusant Salmant. ¹⁷; et Croix ^{a)} cum Sanchez, Filiuccio et Pignatello; quia, cum liber comburitur, nequit dici quod retineatur. — Attamen Julius III, in sua bulla *Cum meditatio*, expresse prohibuit in virtute sanctae obedientiae, omnibus qui habent libros vetitos cujuslibet speciei,

Noviss. Consult. 195, n. 88 v. *Retentio autem* et n. 90, v. *Pariter innodatur.* — *Duard.*, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 51, n. 8 et 12. — ¹³ Lib. 7, num. 352. — *Verjuys*, Pastorale, tr. 5, art. 8, n. 3. — *Julius III*, bull. *Cum meditatio*, 29 April. 1550; in Bullar. Rom. edit. 1586. — *Pius IV*, Motus propr. *Cum pro munere*, § 4, de die 24 Mart. 1564; in Bullar. Cherub. — *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 23. — *Barbosa*, alleg. 90, num. 5. — *Dicast.*, disp. 3, n. 1208. — ¹⁶ Lib. 7, num. 355. — ¹⁷ Tr. 10, cap. 4, n. 74. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 56. — *Fill.*, tr. 22, cap. 7, num. 208. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, num. 102, v. *His non obstantibus*, et num. 105, v. *Exinde asserendum.*

tur enim ibi de bulla Coenae. Quamvis Pignatellus, num. 92, dicat *pari modo* excommunicari retinentes libros continentis haeretica sortilegia vel libros magicos.

299. — ^{a)} Croix hanc ultimam sententiam probabilem existimat, loc. cit., n. 355, licet priorem probabiliorem esse dicat.

296. — ^{a)} Sanchez, loc. cit., et Bonacina, loc. cit., n. 8, negant a censura excusari, si sit ingens temeritas, quae adest quando quis vehementem suspicionem habet malitiae libri.

298. — ^{a)} Pignatellus, loc. cit., num. 88; Duardus, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 51, num. 26, ad rem non faciunt; loquun-

Limitationes.

Olim liber vetitus tradendus erat inquisitoribus.

Episcopi non possunt legere libros prohibitos.

ne eos lacerent aut comburant ^{b)}, praeci- piens, eosdem deferri ad inquisitorem aut episcopum.

Facultatem legendi libros prohibitos tam in bulla, quam in Indice, solus Papa vel S. C. Indicis aut Concilii concedere potest. Tantum in casu magnae necessitatis, ait Viva ¹ posse eam concedere etiam episcopum.

Hic autem quaeritur: *an ipsi episcopi possint legere libros prohibitos?*

Videbatur affirmandum. Omnes enim episcopi, ubi formale Tribunal S. Officii non adest, sunt inquisitores nati, qui valent via ordinaria procedere contra delinquentes in materia fidei.

Sed omnino negandum cum Silvio ^{c)}, Barbosa ² et Bonacina ^{c)}, ex bullis Julii III *Cum meditatio*, et Pauli IV *Quia in futurorum*, ac Pii IV *Cum pro munere* (relatis ab auctoribus praefatis), in quibus, tam episcopis, quam inquisitoribus interdicitur librorum vetitorum lectio ^{a)}: *praeterquam* (excipitur) *senioribus et commissariis* haereticae pravitatis. Intelliguntur, *to commissariis*, illi tantum inquisitores, quibus commissaria est aliqua particularis causa, quique legere possunt tantum libros ad illam materiam concernentes, et tantum pro tempore, quo commissio viget; ut scribit et explicat Bonacina ^{e)}.

¹ De Censur., qu. 5, art. 1, num. 10. — ² Alleg. 90, n. 7 et 8. — *Paul. IV*, bulla *Quia in futurorum*, de die 21 Decembr. 1558; in Bullar. Rom. edit. 1586. — ³ 1^a P., qu. 32, art. 4; cfr. 2^a 2^a, qu. 11, art. 2, ad 3. — ⁴ Tr. 10, cap. 4, num. 49. — ⁵ Loc. cit., num. 50. — *Tolet.*, lib. 4, cap. 3, n. 4. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 7, n. 19 et 20. — *Bonac.*, de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 1, num. 6. — *Asor*, part. 1, lib. 8, cap. 9, qu. 7. — *Sayr.*, Clav., lib. 2,

^{b)} Julius III eo sensu intelligendus est ut innuat non satisfieri praecepto si comburantur hujusmodi libri, dum jubet eos tradi inquisitoribus « realiter et cum effectu ».

^{c)} *Silvius in 2am 2ae, qu. 11, art. 3, qu. 6, concl. 2*; Bonacina, *disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, num. 10*, loquuntur de libris haeticorum (Bonacina addit: seu de fide suspectis); bullae tamen quas allegant loquuntur de quibuscumque libris prohibitis.

^{a)} Bullae citatae interdicitur lectionem librorum prohibitorum omnibus etiam episcopis, sed excipiunt inquisitores seu commissarios super haeretica pravitare ab Aposto-

300. — Principaliter autem excommunicationem papalem incurrunt haeretici, eorumque fautores, receptatores, etc.; ut habetur ex prima clausula bullae *Coenae* ^{a)}. — Prius igitur agamus de *haereticis*, postea de *fautoribus*.

Ut *haereticus* hanc excommunicationem incurrat:

Requiritur 1°. Ut haeresis sit *formalis* scilicet, cum errore intellectus, et pertinacia (juxta dicta apud Busenbaum, *Lib. II, n. 19*). Ille autem pertinax dicitur, qui adhaeret suae opinioni, non obstante quod jam noverit eam adversari doctrinae Ecclesiae Romanae. Ita S. Thomas ³ cum communi; et Salmant. ⁴.

301. — Sed hic quaeritur 1°. *An incurrat hanc excommunicationem, qui errat ex ignorantia culpabilis?* — Si ignorantia sit tantum supina, communiter excusant doctores, ut Toletus, Sanchez, Bonacina, Azor, Sayrus et plures cum Salmant. ⁵. Ratio, quia hanc censuram non incurrat, nisi qui est haereticus formalis; sed ad haeresim formalem, constat requiri veram scientiam erroris: alias deficit pertinacia, ut supra, requisita.

Dubium est: *an incurrat errans cum ignorantia affectata?* — Affirmant Canus, Valentia, Navarra, etc. apud Salmant. ⁶. — Sed probabilius negant Palaus ⁷ cum Azor, Aragon et Farinacio ^{a)}; ac Salmant. ⁸ cum

cap. 9, num. 34 et de Censur., lib. 3, cap. 4, num. 15. — *Canus*, de Locis theol., lib. 12, cap. 8, v. *Illud deinde.* — *Valent.*, in 2^a 2^a, disp. 1, qu. 11, punct. 1, diff. 4, ad 1. — *Petr. Navar.*, de Restit., lib. 2, cap. 4, n. 208. — ⁶ Loc. cit., num. 51. — ⁷ Tract. 4, disp. 3, punct. 2, num. 3. — *Asor*, loc. cit., qu. 8. — *Aragon*, in 2^a 2^a, qu. 11, art. 1, dub. de ignorantia affect. — ⁸ Loc. cit., num. 52.

lica Sede pro tempore deputatos et *durante eorum deputatione*. Hinc pro *senioribus* (ut habetur apud S. Alphonsum) legendum est: *inquisitoribus*.

^{e)} Scilicet Bonacina, loc. cit., num. 10, ait hujusmodi inquisitores seu commissarios a Sede apostolica deputatos, excipi in bullis Julii III et Pii IV, quae fere modo hic relato eos excipiunt.

300. — ^{a)} Vide const. *Apost. Sedis, excom. speciali modo S. Pontif. reserv., excom. 1.*

301. — ^{a)} Farinacius, quidquid dicat Palaus, contrarium tenet, de *Haeresi*, qu. 179, n. 30, et *Prax. crimin., de Poenis temperandis*, qu. 90, n. 48 et seqq.

Ut quis excommunicetur ob haeresim,

requiritur 1° Ut haeresis sit formalis.

Non excommunicatur errans ex ignorantia crassa.

Nec errans ex ignorantia affectata.

Coninck, Suarez, Sayro^{b)}, Bañez, etc. Ratio, quia Ecclesiae non contradicit, qui nescit se Ecclesiae non contradicere, ob quamcumque ignorantiam hoc faciat; et ideo non potest dici pertinax contra Ecclesiae doctrinam^{c)}.

302. — Quaeritur 2^o. *An incurrat excommunicationem, tanquam haereticus formalis, qui circa res fidei dubitat?*

Quidquid alii dicant, quorum plures nimis obscure loquuntur, dicendum cum sententia communi, quod si quis *positive* dubitat de aliquo dogmate fidei ab Ecclesia jam definito, iudicans illud esse incertum propter rationes oppositas: procul dubio hic est haereticus, et excommunicationem incurrit; ut habetur ex *cap. 1, de haeret.* ubi dicitur: *Dubius in fide infidelis est.*

Secus vero, si quis *negative* se haberet super aliquo articulo, suspendendo iudicium, et ad alia se divertens ne mentem fatiget, vel ut ad aliam cogitationem se applicet.

Attamen advertendum, quod si ille deliberate et pertinaciter assensum ideo suspenderet, quia iudicat motiva contraria fidei incertam reddere veritatem illam; tunc pariter ut haereticus habendus est. Ipse enim revera positive dubitat de veritate fidei, dum format deliberatum et pertinax iudicium, non esse certa omnia

Coninck, de Fide, disp. 18, dub. 7, concl. 5, n. 100. — Suar., de Fide, disp. 19, sect. 3, n. 18. — Bañez, in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 11, art. 2, v. *Sed quaeret quis.* — De Fide, disp. 20, num. 16 et seqq. — In 2^{ae} 2^{ae}, qu. 11, art. 1, v. *Si dicas.* — Tr. 7, num. 49. — De Virtutib. theol., de Fide, cap. 8, qu. 6. — Tr. 10, cap. 4, n. 54 et seqq. — Tr. 4,

dogmata quae ab Ecclesia ut certa proponuntur. Ita Card. de Lugo¹⁾; Silvius²⁾, Wigandt³⁾, Antoine⁴⁾, Salmant.⁵⁾, Cuniati⁶⁾, Natalis Alexander^{a)}, Bonacina^{b)}, Concina⁷⁾, Pater Ferraris^{b)} et alii.

303. — Requiritur 2^o. Ut error internus *externe significetur* per verba, aut signa ex se, vel ex circumstantiis, haeresim manifestantia. — Ita communiter Laymann⁸⁾ et Salmant.⁹⁾

Hinc docet Laymann, non incurrere hanc excommunicationem: 1^o. Qui est haereticus pure mentalis. — 2^o. Qui abstinat a missa, a jejunio, ab adorando Sacramento, etiam quia haereticus est: possunt enim haec attribui oblivioni vel pravae conscientiae, nisi ex circumstantiis clarius manifestetur error. — 3^o. Qui diceret: *Non est Deus*, tacito verbo *Christus*; vel qui hoc scriberet caractere non intelligibili. Ratio, quia ad incurramdam excommunicationem, voces aut signa debent ex se haeresim exprimere. — 4^o. Qui assereret, se antea secutum fuisse haeresim^{a)}, vel tunc propositum habere sequendi in futurum; quia sic non iudicatur haereticus praesens. — Ita Laymann¹⁰⁾ cum Azor et Sanchez.

304. — Requiritur 3^o. Ut actio haeresis manifestativa sit *moraliter mala*; quare non incurrit excommunicationem, qui se manifestat ad petendum consilium.

cap. 2, § 3, num. 4. — Compend. theol., lib. 3, diss. 1, cap. 9, num. 3. — Lib. 2, tract. 1, cap. 14, num. 1. — Tract. 10, cap. 4, num. 48. — Laym., loc. cit., num. 1 et 3. — Loc. cit., n. 1, v. *Colligitur 2.* — Azor, part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 6. — Sanch., Decal., lib. 2, cap. 8, n. 21 et 22.

b) Sayrus non videtur satis sibi consentire; in *Clavi* enim, lib. 2, cap. 9, num. 34, negat censeri haereticum, quacumque ignorantia etiam affectata ignoret. At, de *Censur*, lib. 3, cap. 4, n. 15, concedit satis esse ad haeresim eam ignorantiam crassam rei, quam facillimo negotio vincere et cognoscere possit; nam « cum ignorantia haec nimis crassa sit, moraliter loquendo, parum distat a voluntate repugnandi directe ». Quae profecto et potiori iure de affectata ignorantia dicenda sunt.

c) Coninck, Suarez et Bañez limitant: modo sit paratus ad obediendum si sciret: quae tamen vix simul consistere posse ait Bañez.

302. — a) Natalis Alexander, *Theol. mor.*, lib. 4, cap. 3, art. 8, reg. 23, ait tantum

pertinacem esse pertinacia sufficienti ad haeresim, eum « qui certum aliquod fidei dogma sic ignorat vel de eo dubitat, ut credere nolit etiam si sciret Ecclesiam sic credere ».

b) Bonacina, *disp. 2, de Excom.*, qu. 5, punct. 1, n. 3, haec dumtaxat habet: « Eum qui positive dubitat in rebus fidei, esse haereticum, ut si dubitet aliquam rem fidei esse incertam et dubiam. Ratio est quia voluntarie errat contra fidei veritatem, iudicando incerta esse et dubia quae certa sunt et vera ». Et fere idem habet Ferraris, v. *Haereticus*, n. 4.

303. — a) Azor (qui hunc solum casum habet) *part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 6*; Sanchez, *loc. cit.*, addunt: qui haec diceret « ex joco »; vel etiam, ut Sanchez, ex ignorantia.

4^o Animus profitendi errorem.

Requiritur 4^o. Ut ille suam haeresim manifestet, *animo eam profitendi*; ut docet Laymann¹⁾.

Alioquin, in his omnibus casibus, quia haeresis tantum ratione excommunicationis est reservata, potest ipsa a quolibet confessario absolvi; sicut et excommunicatio illi annexa, ex alio jure, nempe ex *cap. Cum Christus, de haeret.*, ubi excommunicatio contra haereticos universe lata est, sed non reservata. — Ita communissime doctores. Vide Salmant.²⁾

305. — Advertendum vero 1^o. Quod, ut excommunicatio incurratur, sufficit ut manifestatio erroris etiam occulte fiat, quin aliis innotescat; prout certum est, et commune cum Salmant.³⁾ ac Azor, Avila et Cornejo, *ibid.*⁴⁾, et aliis passim. — Quod si manifestatio fuerit notoria, haereticus tamen non est vitandus: nisi sit etiam nominatim declaratus, et insuper publice denuntiatus. Salmant.⁵⁾ (juxta dicta n. 136).

Advertendum 2^o. Quod illi, qui in haeresim incidunt, invincibiliter excommunicationem ignorando, eam non incurrun; juxta dicta n. 47.

306. — Deinceps hanc excommunicationem incurrun etiam haereticorum *credentes*, id est, qui eorum erroribus se assentiri externe manifestant; v. gr. si quis dicat: *Credo, quod credit Calvinus*; vel *quod Calvinus fuit sanctus vir*. — Incurrun etiam *fautores*, id est, qui hae-

Sufficit externatio occulta.

Invincibilis ignorantia excusat.

Excommunicantur credentes.

fautores,

1) Lib. 2, tr. 1, cap. 14, n. 3. — Tr. 10, cap. 4, n. 48. — Loc. cit. et cap. 1, n. 141. — Azor, part. 1, lib. 5, cap. 10, § *In hac itaque*, v. *Tertio*. — Avila, part. 1, dub. 10, concl. 2. — Cornejo, de Excom., disp. 3, dub. 4, v. *Arguitur 7.* — Ap. Salmant., tr. 10, cap. 1, n. 141. — Loc. cit., cap. 4, n. 48. — De Fide, disp. 24, sect. 1; cfr. de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 6. — Decal., lib. 2, cap. 10, n. 2, 9 et seqq. —

reticis favent aut omissione, omittendo scilicet, cum possint et teneantur ex officio, haereticum capere, custodire, punire; aut commissione, illum laudando, vel adjuvando ut fugiat. — *Receptatores*, qui hospitio recipiunt, vel occultant (etsi semel) haereticum, ut effugiat poenas suae haeresis. — *Defensores*, qui errores illius defendunt, etsi interne aliud sentiant; vel qui impediunt, ne ille a iudice capiatur aut puniatur. — Ita Suarez⁶⁾, Sanchez⁷⁾ et Salmant.⁸⁾ cum aliis communiter.

307. — Quaeritur hic 1^o. *An hi fautores, etc.* (ut supra) *incurrant excommunicationem et alias poenas, si, non ex motivo favendi haeresi, sed ratione consanguinitatis, amicitiae aut similis, haereticis favent?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Palaus⁹⁾, Toletus¹⁰⁾, Viva¹¹⁾; item Sayrus^{a)}, Suarez^{a)}, etc. apud Salmant.¹²⁾

Sed valde probabiliter negat *secunda* sententia, quam tenent Sanchez¹³⁾, Bonacina¹⁴⁾, et Salmant.¹⁵⁾ cum Soto, Azor, Aragon, Fagundez, etc.; ac probabiliter putat Laymann^{b)}. — Ratio quia, cum Ecclesia excommunicat fautores haeretici, tunc tantum eos damnare censetur qui haeretico favent, quatenus haereticus est. Hinc probabiliter excusantur ab excommunicatione parentes, filii, et etiam fratres haeretici, eum receptantes; ut docent Laymann^{b)} et Salmant.^{c)}

6) Tr. 10, cap. 4, n. 63 et seqq. — Tr. 29, disp. 3, punct. 2, n. 5. — 10) Lib. 1, cap. 19, n. 8. — 11) De Censur. qu. 5, art. 1, n. 7. — 12) Loc. cit., n. 67. — 13) Decal., lib. 2, cap. 10, n. 5. — 14) Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 3, n. 2. — 15) Tr. 10, cap. 9, n. 68. — Soto, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, concl. 5, cas. 1. — Azor, part. 1, lib. 8, cap. 15, qu. 2 et 3. — Aragon, in 2^{ae} 2^{ae}, qu. 11, art. 3. — Fagund., Decal., lib. 1, cap. 12, n. 8.

307. — a) Sayrus, *de Censur.*, lib. 3, cap. 5, a n. 3, non satis recte citatur a Salmant.; ipse enim dicit requiri, ut recipiatur quatenus haereticus est; si quis proinde alia ratione eum recipiat, *communiter* non incurret in excommunicationem. Et explicans verbum *communiter*, dicit quod si recipiat hospitio tempore suspecto, ut quando ministri eum quaerunt, excommunicabitur, licet id faciat alia intentione; vergit enim in favorem haeresis. Deinde dicit fautores excommunicari qui actiones favendi ponunt, « ipsius haeresis intuitu ». — Suarez, *de Fide*, disp. 24, sect. 1, n. 7 et seqq., satis esse ait velle haeretico favorem praestare, qui praevideatur

redundaturus in favorem haeresis, licet hoc formaliter non intendatur.

b) Laymann, *loc. cit.*, cap. 14, n. 5, dicit aliquos docere valde probabiliter « receptatorem personae conjunctissimae, puta patris, filii, uxoris vel etiam fratris, ne in manus inquisitorum v. g. deveniat, licet aliquando peccet, excommunicationem tamen non contrahere ».

c) Salmant., *tr. 10, cap. 4, n. 68*, negant excommunicari eos qui haereticum recipiunt alia intentione quam intentione favendi; ex quo sequitur, inquit, « nec parentes respectu filiorum, nec filios respectu parentum posse licite esse receptatores aut defensores

receptatores,

defensores.

Faventes non ex motivo favendi haeresi:

juxta alios, excommunicantur.

Probabiliter non excommunicantur.

Excommunicatur dubitans positive de fide.

Secus vero, dubitans negative.

Requiritur 2^o Error externatus.

3^o Manifestatio mala.

308. — Quaeritur 2°. *An incurrat, qui haereticum recipit ne capiatur vel puniatur, si nihilominus in effectu ille jam incidat in manus iudicis?*

Juxta alios, favens effectu non secuto, non excommunicatur.

Prima sententia, quam tenent Sanchez¹, Bonacina², Suarez^{a)}; et Filliucius, Leander et alii apud Salmant.³ (qui probabilem^{b)} putant), negat. — Ratio, quia fautores, seu receptatores, excommunicantur in ordine ad fovendam haeresim; ergo si accidit haeresim non foveri, excommunicationi non subsunt.

Juxta alios, excommunicatur.

Secunda vero sententia, quae mihi magis arridet, et tenent Palaus⁴, Sayrus⁵; ac Duardus et Graffius apud Salmant.⁶, affirmat. — Ratio, quia ipso facto tunc quod aliquis haereticum recipit, sequitur effectus favoris, et ille censuram incurrit; cum de facto jam haeresim foveat, impediendo ne reus capiatur, saltem illo medio tempore, quo eum servat absconditum: unde non officit, quod postea cesset per capturam effectus receptionis.

Aliae excommunicationes bullae Coenae.

309. — Excommunicationem autem bullae incurrit insuper:

1°. Surripientes bona christianorum naufragantium, sive in navibus existentia, sive in mari ab eis ejecta, sive in littore inventa. — Requiritur tamen 1°. Ut acceptio sit injusta, et ex certa scientia quod illa sint bona naufragantium. Ita Viva⁷. — Requiritur 2°. Ut bona non habeantur ut derelicta. Hinc excusatur accipiens papyrum, farinam, saccharum et similia projecta; quia talia communiter pereunt in mari, statim ac projiciuntur. Ita pariter, qui accipit bona quae diu in littore jacuerunt; quia merito praesumuntur illa tunc haberi a dominis pro derelictis. Ita Viva⁸ et Salmant.⁹

310. — 2°. Incurrunt domini, qui in terris suis sine privilegio imponunt pedagia, id

est, tributa pro transitu personarum sive rerum, vel pro refectione et custodia viarum; aut gabellas, id est, impositiones pro delatione et venditione mercium. — Tale autem privilegium habent omnes principes supremi, prout Pontifices; reges autem, republicae et universitates, ad subveniendum civium necessitatibus, bene etiam possunt collectas sibi imponere. Ita Viva¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Vasquez, Dicastillo, etc. — Vide alia apud Viva¹² et Salmant.¹³

311. — 3°. Incurrunt piratae, interficientes aut depraedantes christianos in mari ecclesiastico. — 4°. Falsificatores litterarum apostolicarum. — 5°. Transmittentes arma, sive armorum materiam ad hostes infideles, sive haereticos declaratos. — 6°. Injuste impediendo deferri victualia ad romanam Curiam. — 7°. Vexantes eos qui accedunt vel recedunt a Romana Sede ob negotia ad illam spectantia. — 8°. Vexantes peregrinos qui devotionis causa Romam petunt. — 9°. Vexantes seu ejicientes episcopos, legatos vel nuntios a suis dioecesibus: nec non id mandantes, ratum habentes, faventes, etc. — 10°. Percutientes aut exspoliantes eos (sive eorum procuratores), qui Curiam romanam pro suis negotiis petunt. — 11°. Appellantes, sub privato praetextu, ad curias laicales in causis ecclesiasticis, ad impediendas litteras apostolicas. — 12°. Qui auctoritate laica, vel praetextu exemptionis, causas spirituales, vel ipsis annexas ad se avocant a iudiciis ecclesiasticis, etc. (Ita apud Viva¹⁴). — 13°. Qui ex quovis colore trahunt, vel trahi faciunt personas ecclesiasticas ad tribunal laicale, etc. (Vide Viva¹⁵). — 14°. Impedientes iudices ecclesiasticos sua jurisdictione uti. — 15°. Usurpantes jurisdictionem, et fructus beneficiorum. — 16°. Imponentes onera ecclesia-

¹ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 9. — ² Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 3, n. 3. — ³ Fill., tr. 22, cap. 7, n. 201. — ⁴ Leander, tr. 2, de Bulla Coenae, disp. 1, qu. 21. — ⁵ Tr. 10, cap. 9, n. 69. — ⁶ Tr. 29, disp. 3, punct. 2, n. 5. — ⁷ De Censur., lib. 3, cap. 5, n. 4. — ⁸ Duard., in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 31, n. 2. — ⁹ Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 34. —

¹⁰ Tr. 10, cap. 4, n. 70. — ¹¹ De Censur., qu. 5, art. 2, n. 3. — ¹² De Censur., qu. 5, art. 2, n. 3. — ¹³ Tr. 10, cap. 4, n. 80 et 81. — ¹⁴ Loc. cit., n. 4. — ¹⁵ Loc. cit., n. 82 et seq. — ¹⁶ Vasquez, Opusc. de Restit., cap. 6, § 1, n. 5. — ¹⁷ Dicast., de Just., lib. 2, tr. 20, disp. 1, dub. 2, n. 20. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Loc. cit., n. 82 et seq. — ²⁰ Loc. cit., n. 13. — ²¹ Loc. cit., n. 14.

illorum in causa haeresis, et si hoc fecerint, incurrent excommunicationem.

308. — ^{a)} Suarez, de Fide, disp. 24, sect. 1, num. 14, tenet, cum ipso S. Alphonso, ex-

communicari eum qui haereticum recipit, quamvis ille capiatur.

^{b)} Quin etiam: probabiliorem existimant, n. 70.

sticis. Qui tamen (advertendum) tenentur contribuere, quando imponuntur collectae pro refectione, v. gr. viarum, fontium, etc., quorum utilitas directe pertinet etiam ad ipsos (Viva¹ cum Abbate^{a)} et Molina^{a)}). — 17°. Se interponentes sine jurisdictione, in causis criminalibus contra ecclesiasti-

cos. — 18°. Usurpantes jurisdictionem in terris Ecclesiae Romanae.

Denique, ex bulla Clementis VIII, incurrunt excommunicationem adhuc reservatam, omnes sine facultate absolventes ab excommunicationibus bullae Coenae, extra mortis articulum; ut Viva².

¹ De Censur., qu. 5, art. 2, n. 18. — *Clem. VIII*, Decret. S. C. EE. et RR. 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri. — ² Loc. cit., n. 20.

311. — ^{a)} Abbas, in cap. Non minus, n. 13, de immun. eccl., haec habet ex Petro de Ancharano: sed non admittit sic universaliter dicta, et, n. 20, his verbis concludit: « Aut necessitas vel utilitas imminens concernit utilitatem ecclesiarum a remotis... », et tunc textus apertus est hic quod ecclesiae non tenentur... Nam in hoc prodest immunitas ecclesiasticis concessa: quia in publica utilitate in qua includitur utilitas privata, non tenentur ad munera subeunda... Aut necessitas vel utilitas concernit de directo et principa-

liter utilitatem ecclesiae et laicorum: ut puta prava societas territorium, civitates incendit, devastat, consumit, in quo ecclesia habet multas possessiones, et tunc dico quod ecclesia deberet contribuere. — Molina, tr. 2, disp. 672, n. 4, concl. 2, quoad principia concordat cum Abbate; sed ex his principiis colligit ecclesiasticos non teneri ad publicum pontem reficiendum, quia non directe ad eorum utilitatem pertinet, sed ad utilitatem publicam societatis, cujus sunt pars. Illi ergo auctores minus recte citantur a Viva.